rio (5) de aquella coſa al que la vende, o al que la da. (6) Pero aquel aquien la tomaſſe, puedele pedir, quel de la eſtimacion de aquella coſa, faſta quatro años, e el Rey deuegela pagar: e ſi faſta quatro años non pidieſſe la eſtimacion, dende en adelante non podria. Otroſi dezimos, que ſi el Rey ouieſſe alguna coſa comunalmente con otros, que la puede vender, (7) toda, o dar,

Castillo lib. 3. controv. Cap. 6. per tot.

qua dicit eſſe ſuam, an tunc procedat hujus legis diſpoſitio, ſi illa cauſa ceſſat, veluti ſi dicat ſuam *ex ca. confiſcationis*: & res non erat illius, cujus bona fuerunt confiſcata, Cyn. *in leg. 1. C. de hæred. vel action. vendi.* dicit, quod non, & probatur *in leg. etiam*, §. *item ſi quis à fiſco*, *ff. de petit. hæred.* & idem tenet ibi Bal. & Sal. & Bal. *in leg. ſi hypothecas per text. ibi*, *C. de remiſſion. pig.* & facit, quod prædixi, quod quando Princeps habet aliquod jus in re, illud videtur concedere tantum, & ita intelligendo *dic.* §. *item ſi quis à fiſco non poterit dici, quod ſit correctus ille*, §. *per dict. leg. omnes*, & *L. bene à Zenone*, prout dixit gloſſ. *in dict.* §. *item ſi quis*, & ibi Bart. & Angel. & dictam determinationem, Cy. ſequutus eſt conſulendo Rod. Suar. *in ſuis allegat. alleg.* 11.

(5) *El ſeñorio.* Intellige, ſi Rex poſſidebat illam rem cum donat, vel vendit, ita intelligit Bart. *in leg. fin. circa medium*, *C. ſi contra jus, vel util. publ.* & Bald. *in dict. leg. 2. C. de commun. rerum alien.* & *in leg. 1. col. 1. C. de hæred. vel action. vend.* & ſequitur Fel. *in cap. quæ Eccleſiarum, col. 14. de conſtit.* & Jaſon. *in auth. quas actiones, C. de Sacroſanc. Eccleſ.* eſt tamen notandum, quod ſi donatarius, vel emptor poſſidet, præſumitur Principem poſſediſſe, Bal. *in dict. leg. 2. C. de commun. rerum alienan.* Felin. *in dict. cap. quæ in Eccleſiarum, col.* 14. Franciſc. Balb. *in tractat. præſcription. fol. 53. col. 4.* & *facit text. in cap. 1. 12. q.* 5. & quod notantur per Imol. & Doct. *in cap. 3. de pecul. Clericorum*, intellige etiam interveniente traditione ultra venditionis, vel donationis titulum, ut notat Bald. *in cap. 1. §. fin. col. fin. de nova forma fidelitat.* & ſequitur Jaſon. *in leg. traditionibus, C. de pactis, col. 2.* & idem tenet Bal. *1. vol. conſil.* 363. incipit, *quæritur*, an ſi per officiales ubi & plus addidit, ſcilicet, quod in ipſa traditione non interveniat legitimus contradictor.

(6) *Al que la vende, o al que la da.* Quid ſi ille cui Princeps donat, vel alias concedit, & ille cujus res fuit antea ambo prætendant titulum, & conceſſionem à Rege, an tunc procedat iſtius legis diſpoſitio? Ludov. Roman. conſuluit, quod non, ut patet ejus *conſil.* 298. quaſi per totum incipit, *circa præmiſſam dubii conſultationem*, ubi pro hoc allegat, *cap. Abbate ſane de re jud. lib. 6.* & *cap. cum olim de re judic.* & *cap. Capitulum Sanctæ Crucis, de reſcriptis*, & alia quæ ibi videbis, & certe eſt ſingularis limitatio ad iſta jura, quæ tamen fortè non procederet: quando ex poſteriori conceſſione Principis, ſeu Regis conſtaret concedere, non obſtante priori conceſſione, ſeu anullare, & revocare velle primam conceſſionem, & ita in terminis decidit Philippus, Decius ita intelligens, & limitans dictum Romani, *conſil. 191. col. 2. num. 4. vol. 1.* Cum fundamenta Romani tendant ad comprobandum Principem, fuiſſe circumventum, & quod id non feciſſet, ſi non fuiſſet oblitus prioris donationis: vel circumventus facto ſecundi donatarii, & comprobatur ex dicto Bald. *in cap. 1. §. ad hæc de pace jura fir. num.* 11. ubi dicit, quod ſi Papa cuidam contulit eccleſiaſticum beneficium, deinde de plenitudine poteſtatis ſibi auferat: & alii concedat, quod tenetur Papa providere primo de æque bono beneficio, & ſic apertè vult, quod ſecundus maneat in beneficio ſibi conceſſo, non obſtante priori conceſſione: nam quod Princeps ſuo ſubdito conceſſit ſola voluntate, nulla ſubſiſtente cauſa, poteſt ſibi auferre, & alii dare, ut notat Innoc. *in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtit.* Angel. *in leg. Antiochenſium, ff. de privileg. creditor.* De quo tamen vid. per Bald. *in leg. qui ſe patris, C. unde liber.* & Felin. *in cap. novit, col. 8. de judic.* adverte etiam, quia fundamenta Ludov. Romani concludunt, quando ambo haberent cauſam ab eodem Rege: ſi vero à diverſis Regibus eſt magis dubium, maxime ſi unus Rex non eſſet hæres alterius, & ſi dicatur, quòd fundamentum *ex capitulo Abbate* ſane procedit etiam in habentibus cauſam à diverſis Regibus: dicendum, quod ille text. non bene probat id, ad quod eum adducit Ludovicus Romanus, neque gloſſa quam ipſe allegat, hoc ita dicit. Sed cum hæc L. dicat, quod tranſit dominium in emptorem, vel donatarium rei venditæ, vel donatæ à Principe, & nihil ultra procedat, an ſi quæſtio non moveatur ſuper dominio, ſed ſuper alio jure, veluti hypothecæ, vel alias admitti debeat contra emptorem, vel donatarium, Angel. *in leg. 1. C. de hæred. vel action. vendi.* dicit, quod emens hæreditatem, vel rem ſingularem à fiſco perpetuo eſt ſecurus, ut nemo poſſit in totum, vel pro parte hæreditatem, vel rem illam dicere ad ſe pertinere, & quod ita intelligitur, *dict. leg. omnes, C. de quad. præſ.* Sed bene poteſt quis dicere, ſe eſſe creditorem illius hæreditatis, & pro debito illo inquietare talem emptorem: & ita intelligatur *dict. leg.* 1. ſecundum Cy. ibi non tamen aperit Angel. an poſſit agere hypothecaria, vel alia actione non concernenti dominium contra emptorem, & potius vult, quod non poſſit: cum in concluſione dicti non repetat de emente rem ſingularem: & quia habetur expreſſe *in dict. leg. omnes*, quod neque per viam hypothecæ poſſit haberi recurſus, neque per alias perſonales actiones, & hoc quando Princeps, vel fiſcus vendit rem ſimpliciter ut ſuam: ſi tum venderet jure creditoris, vel aliquo jure ſpeciali invalido, tunc ſi creditor ſcivit, vel ſcire potuit rem vendi per fiſcum, & nihil dixit, videt remiſſum jus pignoris, *ut in leg. ſi hypothecas*, & ibi Bald. *C. de remiſſione pigno.* Socin. vero *conſil. 46. vol. 4.* incipit *eleganter*, & *ſubtiliter*, *col. 6. num. 13. verſic. 4. reſpondeo*, vult, quod etiam ſi fiſcus vendet ſimpliciter, habeatur dicta diſtinctio ſcientiæ, vel ignorantiæ, ex quo *dict. leg. ſi hypothecas*, loquitur generaliter, & ita generaliter ibi intelligunt gloſſ. & Bald. & quia hoc dicit voluiſſe Paul. de Caſtr. *in leg. fin. C. ſi adverſus fiſcum*, verius tamen eſt, quod dicit Bald. qui bene intellexit, *dict. leg. ſi hypothecas*, & *dict. leg.* 2. & *L. bene à Zenone*: & iſtud videtur tenendum, & dictum Pauli intelligitur, quando vendit jure creditoris, & licet iſta lex partitæ non exprimit, ita latè circa hypothecam, & alia, ſicut habetur *in dict. leg. omnes*, tamen ſupplenda eſt: quia eſt eadem ratio, & intentio iſtius leg. quod emptor, vel donatarius Principis, perpetuo ſit ſecurus, & recurſus tantum habeatur contra Principem, vel ejus fiſcum, adde etiam, quod tunc ex vigore hujus leg. tranſit dominium in emptorem rei venditæ, quando venditio eſt valida, & ſolemnis: ſecus ſi non fuit ſolemniter facta, *L. fundus, qui Lucii Titii, ff. de reſcin. vend.* & tenet Bal. *in dict. conſil. 363. vol. 1.* & Socin. *dict. conſil. 46. col. 7. num. 16.*

(7) *Vender.* Adde *L. 1. C. de vend. rerum fiſcal. cum privat. commun. lib. 10.* & *L. 2. de commutation. rerum alien.* & Azo. *in ſumma, C. de rebus alien. non alienan.* & adverte, quia Bart. & Joan. de Plat. *in dict. leg.* 1. limitant, & intelligunt: quando Rex, vel fiſcus ex venditione totius rei perciperet utilitatem: utpote, quia melius venderet ſolidam rem, quam pro parte: ſi vero ceſſaret utilitas, tunc non poſſet vendere: niſi ſuam partem, & idem tenet Salic. *in dict. leg.* 2. ubi gloſſ. & licet ſit æqua limitatio: vide ne fortè poſſit dici, quod non procedat per iſtam legem partitæ. Cum etiam permittat Principi rem in totum donare, ratione communis: & tamen in donando nulla adeſt utilitas: niſi dicas, quod & in donando poſſit eſſe utilitas, cum ſit in remunerationem ſervitii: vel alias ſit utilitas Principis donare: ſed eſſet magna reſtrictio ad iſtam legem, ut tantum procederet, ſi utiliter venderet, vel donaret, unde magis placet, quod procedat, quod hic habetur indiſtinctè, ſine dicta limitatione, an autem ſicut poteſt vendere, poſſit rem communem pignorare? Gloſſ. dicit, quod ſic *in leg. 1. C. ſi communis res pignor. dat. ſit*, poteſt etiam conſors petere, ut ſibi detur pro eodem pretio, *ut in leg. 55. infra eodem*, & Bald. dicebat *in dict. leg.* 2. æquum eſſet, ut fiſcus non vendat in ſolidum: niſi requiſito conſorte: qui volens dare idem pretium, debet aliis præferri, *argum. leg. neceſſe, ff. de in diem addiction.* & *L. 1. ff. de privileg. credit.* procedit etiam iſta lex, ſive res ſit dividua, ſive individua, ſecundum gloſſ. & Doct. *in dict. leg. 2.* & *in dict. leg. 1.*

dar, (8) por razon de aquella parte que ha en ella: e paſſa el ſeñorio de aquella coſa al que la vende, o al que la da. Mas con todo eſſo, deue dar (9) la eſtimacion a cada vno de los otros, ſegund la parte que auian en aquella coſa.

LEY LIIII.

Del ome que vende a otro coſa agena, en nome de aquel que ouieſſe el ſeñorio della.

Ley 2. tit. 16. lib. 5. Recop.

SI vn ome vendieſſe a otro coſa agena, en nome de aquel que ouieſſe el ſeñorio della; ſi aquel cuya es la coſa, ha por firme (1) la vendida deſpues que es fecha, vale, e paſſa el ſeñorio al que la compra; maguer que, de comienço, non fizieſſe eſſe atal la vendida, con otorgamiento, nin con ſabiduria de aquel cuya era la coſa. Mas ſi non la vendieſſe en nome del ſeñor della, mas en el ſuyo miſmo, ſi aquel que la compra ſabe que non es la coſa de aquel que gela vende; entonce non paſſa a el el ſeñorio della, nin la puede ganar por tiempo. (2) Ante dezimos, que aquel cuya es, que la puede demandar, e la deue cobrar en todas guiſas. Pero ſi eſte comprador atal ouo buena fe quando compro la coſa, non ſabiendo que era agena, mas cuydando que era de aquel que gela vendio; entonce puede ganar por tiempo el ſeñorio della: e es tenudo el vendedor, en todas guiſas, (3) de tornar el precio a aquel cuya era la coſa. Otroſi dezimos, que vendiendo ome coſa agena como ſuya, ſi deſpues que la vendida es fecha, ſe pierde la coſa, o ſe muere, (4) puede el ſeñor de la coſa auer la vendida por firme, e demandar (5) el precio (6) de-

(8) *Toda, o dar.* Iſtud non ita reperitur de jure communi cum dictæ, leges de quibus in gloſſ. proxima, tantum loquantur de venditione: niſi dicas, quod cum de jure communi permittitur Principi, ut habetur *in dict. leg. 2.* & *L. bene à Zenone*, & *ſupra in iſta leg.* donare, vel alienare in totum à fortiori, ſi pro parte: ſed reſpondetur: quod dictæ LL. procedunt (ut dixi) quando ignorans rem alienam Princeps donat, vel alienat: & non quando ſcit: hic vero ſciebat eſſe alienam pro parte, unde eſt multum notanda iſta lex, quia non erat ſic de jure communi: ſed hoc, quod dicit, debet intelligi, & limitari. Dato tamen prius bono cambio, *ut in leg. 2. tit. 1. part. 2.* & *in leg. 31. tit. 18. part.* 3. & legitima cauſa ſubſiſtente, ut ibi ſecundum hoc non erit aliqua ſpecialitas ratione communionis: & tamen iſta lex, vult aliquid in hoc eſſe ſpeciale favore Regis, unde forte non ita ſufficiens cauſa ſufficeret: pretium tamen ſemper debet ſolvi.

(9) *Deue dar.* Ex hoc verbo innuitur, quod totum pretium ſolvendum eſt fiſco, & Princeps, ſeu fiſcus partem reddit privato, quod Bart. notat *in dicta leg. 1. C. de vendition. rerum fiſcal.* ad ſtatuta diſponentia, quod de condemnatione medietatem habeat fiſcus, medietatem privatus, quod totum debet ſolvi fiſco, & fiſcus dabit partem illi privato, *L. Senatus*, §. *Senatus*, & L. *res*, §. *1. ff. de jure fiſci*, & hoc eſt utile ſecundum eum, quia favorabilius fiet executio, quando debet ſolvi fiſco, quam cum privato, *ut in leg. pen.* & ibi Bart. *C. de conve. fiſci debi. lib. 10.*

LEX LIIII.

Domino ratificante venditionem per alium ejus nomine factam, tranſit dominium in emptorem accipientem: eo autem non ratificante, ſi emptor habuit malam fidem, non præſcribit: ſi bonam præſcribit, & vendens tenetur domino pretium reſtituere: etiam ſi nomine domini non vendidit: idem ſi res moriatur penes emptorem, aut perdatur, quia ratificando habebit pretium, licet ſuo nomine non vendatur, hoc dicit.

(1) *Ha por firme.* Habet ortum à notatis per Azo. *C. de rebus alien. non alienan. in ſumma parum poſt princip.* & adde L. 48. *ſupra eod.* & *L. mater, C. de rei vendi.*

(2) *Ganar por tiempo.* Propter malam fidem, *ut in cap. fin.* & *in cap. vigilanti, de præſcriptione regul. poſſeſſor. de regul. jur. lib. 6. LL. 9.* & *18. tit. 29. partita 3.*

(3) *En todas guiſas.* Sive vendiderit nomine domini, ſive ſuo, *ut in leg. mater, C. de rei vendi.* & *in leg. 1. C. de reb. alien. non alien.*

(4) *Se pierde la coſa, o ſe muere.* Idem ſi ejuſdem rei eſt difficilis perſecutio, ut quia ad partes longinquas eſt portata L. 1. *in fin. ff. de exercito.* Cyn. & Angel. *in leg. mater, C. de rei vendic.* ſed cum hic permittatur in ſubſidium re perempta, vel præſcripta habere ratam venditionem, an idem erit è contra, ſi tu emiſti rem ex pecunia mea, & tu aliter non es ſolvendo, an poſſim agere ad rem? Gloſſ. final. *in leg. proculus, ff. de jure dotium*, movet iſtam quæſtionem, & vult, quod poſſum, quando pecunia pervenit ad te ex cauſa lucrativa: & idem vult Paulus de Caſtro *in dict. leg. mater, ad fin.* Angel. & Bald. *in dict. leg. mater*, tenent contrarium, vide ibi per Salicet. 11. quæſt. & certè ubi nullum aliud remedium poſſet competere ei, cujus pecunia res fuit empta, æquum videtur dictum gloſſ. & Paulus de Caſtro, quod & Cynus tenuit poſt pet. *in dict. leg. mater*, & etiam vult ibi Alberic. Si tamen alia actio poſſet competere, non eſſet tractandum de actione negotiorum geſtorum in ſubſidium, prout dicit ibi Salycet. an autem venditionem rei mihi debitæ poſſim habere ratam in ſubſidium, ut pretium conſequar, text. eſt, quod non, & ibi notat Bart. *in leg. venditor ex hæreditate, ff. de hæred. vel action. vendi.*

(5) *Por firme, e demandar.* Adde *L. fin. ff. de nego. geſt.* & L. *mater*, & ibi gloſſ. *C. de rei vendic.* & ibi vid. Angel. *ſuper gloſſ. magna*, & etiam Salyc. & vid. Paul. de Caſtro *in leg. ſi eum ſervum, ff. ſi cert. petat.*

(6) *El precio.* Quid ſi non vendidit, ſed donavit, an re perempta, vel uſucapta, ſi ratum habeat dominus, poſſit agere in ſubſidium ad pretium rei, videtur, quod non, cum hæc lex loquatur in venditione, & gloſſ. *in leg. 1. ſed* & *ſi conſtant. ff. de donat. inter virum*, & *uxorem*, dicit, quod non procederet hoc in donatione, cum ibi non detur pretium donanti, & nota etiam, quod poſſum habere ratam exactionem debiti mei, licet ille, qui exegit, meo nomine non exegerit, ut poſſim conſequi, in ſubſidium gloſſ. & ibi Bartol. *in leg. ejus qui, ff. ſi cert. petat.* & ſi creditor meus vendidit pignus, non habens jus diſtrahendi, poſſum habere ratum, etiam re non uſucapta, vel perempta, ut agam ad pretium gloſſ. notab. & ibi Bald. *in leg. 1. C. ſi venditor pigno. agatur*: quia creditor vendendo, ut creditor, eo ipſo gerit negotium debitoris, & licet ſecundus creditor, qui vendidit pignus, non poſſit conveniri à primo: ſed agere debeat hypothecaria contra emptorem, *ut in leg. 1. ff. de diſtract. pignor.* tamen, ſi res ſit perempta, vel præſcripta, aget in ſubſidium ad id, quod ſupereſt ex pretio ſoluto debito creditoris, qui vendidit gloſſ. notab. & ibi Bartol. *in leg. 1. ff. de diſtract. pignor.*

della al vendedor; quier fuere fecha la vendida en nome del ſeñor, o non.

LEY LV.

Como la vendida, que es fecha de la coſa comun de ſo vno, deue valer, maguer no ſea partida entre ellos.

LL. 7. 8. y 14. tit. 11. lib. 5. Rec.

DOs omes, o mas, auiendo alguna coſa (1) comunalmente de ſo vno, (2) dezimos, que qual-

LEX LV.

Poteſt res communis cuilibet vendi, etiam extraneo: ſed pro æquali pretio præfertur ſocius ſi eam vult: ſed non poteſt rei communis pars vendi extraneo intentato judicio communi dividundo, niſi de ſociorum omnium voluntate, hoc dicit.

(1) *Alguna coſa.* Habebit ergo locum iſta lex, etiam in re mobili, vel ſe moventi, ut in pecoribus, & ſervis, cum iſtum verbum res, ſit generale, & omnia comprehendat, *ut in leg. 1. in fin. ff. ſi cert. petat.* L. *rei appellatio, &* L. *rei appellatione. ff. de verbo. ſignific. L. omnia, §. final.* & ibi Bald. *ff. de legat. 2. & in juribus, & actionibus, L. 1.* & ibi Bald. & Doctor. *ff. de ſtatu homin. & in hæreditate, L. licet, C. de pactis,* & comprobatur hoc cum alias de jure reperiatur teneri colonum, frumentum, & alios fructus, potius vendere debere domino fundi, ubi collecti ſunt, quam alii extraneo, L. 1. & ibi notat Bart. & Joan. de Plat. *C. de metallis, & metalla, lib. 11.* ubi dicit Lucas de Penna illam legem facere pro dominis terrarum, quod coloni, & alii vaſſalli res eorum, quas venales habent, ut fructus, & alia, teneantur prius vendere dominis, ibique etiam dicit bonum verbum ad id, quod etiam in iſto Regno videmus, tueri poſſe curiam Regiam (argum. illius L.) cogentem omnes facientes ſal in ſalinis propriis ipſum ſal vendere fiſco: & non aliis, licet bonum foret, quod juſtitia pretii melius ſervaretur, facit etiam *L. venditor, §. ſi conſtat,* & ibi Paul. de Caſtro *ff. commun. prædio.* & ratio hujus legis, quæ eſt æquitas, ut potius habeat conſors rem communem, quam extraneus, ita militat in re mobili, ſicut & in immobili, in contrarium tamen facit *L. 75. in ordina. Taur. in princ.* cum dicit, (*ſi alguno vendiere parte de alguna heredad, que tiene comun con otro, &c.*) & ſic ſentit iſtam legem partitæ procedere in communione immobilium tantum: & quia etiam in retractu jure proximitatis ſanguinis tantum eſt cautum in immobilibus, *ut in leg. 6. & 7. tit. 7. lib. 5. ordi. rega.* L. 13. *tit. 10. lib. 3. foro.* LL. hoc idem, & fuit de immobilibus tantum cautum in illa conſtitutione Frederici, quam citavimus, neque unquam vidi ſuper rei mobilis communis venditæ retractum litem aliquã agitari, & fortè ita in judicio practicaretur, ut tantum iſta lex procederet in immobilibus: ſed de jure verior eſt prima pars per iſtam legem indiſtinctè, & generaliter loquentem: & quia diverſa ratio militat in retractu ratione ſanguinis: quam in retractu ratione conſortariæ.

(2) *Comunalmente de ſo vno.* Ideſt pro indiviſo ſunt domini talis rei, nam conſors dicitur, ſeu intelligitur: per participationem dominii, ſecundum Bald. *in leg. dudum, in fin. C. de contrahen. empt.* unde procederet hujus legis diſpoſitio, etiam ſi unus ex pluribus emphyteotis habentibus rem communem pro indiviſo alienaret partem ſuam alii, quam directo domino cuidam videlicet extraneo, requiſito domino directi dominii: nam & iſti emphyteotæ habent utile dominium, *ut in leg. 1. in gloſſ. fin. ff. ſi ager vectiga. vel emph. pe.* & per Bart. *in leg. 1. §. quod autem ait, ff. de ſuperficiebus,* & quia etiam in retractu jure ſanguinis hoc voluerunt Alber. Bald. Angel. poſt alios antiquos *in leg. imperator, ff. de pactis,* dum dicunt per illum text. dominum præferri conſanguineo in retractu rei emphyteoticæ, & habetur *in leg. 74. in ordin. Tauri.* & tenet Alexand. *conſil. 27.* incipit *viſo themate, colum. 2. vol. 6.* & per Bald. *in conſil. 300. vol. 1.* incipit, *ſtatuto cavetur,* idemque eſt dicendum in feudo eadem ratione, de quo per Joan. Fab. *in §. 1. poſt princ. inſtitut. de emption. & vendit.* & tenet Matthæus de Afflictis *in ſuo tractatu protomiſeos in gloſſ. 1.* incipienti *tota hæc lex, col. 3. & col. 11. totius tract. per text. in cap. 1. §. ſed etiam res, per quos fiat inveſtitura.* Idemque eſt dicendum, ſi in aliqua re plures haberent communem uſumfructum pro indiviſo: ut ſi unus venderet ſuam commoditatem alii, quam conſorti, conſors poſſet retrahere pro eodem pretio, quod ſatis probatur ex verbis generalibus hujus legis, maximè tenendo opinionem, quod procedat hæc lex, etiam in rebus mobilibus, unde non erit neceſſaria diſputatio, an uſusfructus connumeretur inter mobilia, vel immobilia, de qua per Bart. *in leg. juſto, §. non mutat. ff. de uſucap.* & per Lucam de penna *in leg. fin. col. 2. C. de vend. rebus Civitat. lib. 11.* ſed quid ſi dominus proprietatis vendat proprietatem ſuam, an uſufructuarius, tamquam habens partem in illa re, poſſit eam retrahere? Videtur, quod ſic, quia uſusfructus pars dominii eſt, *L. cum filius, §. dominus, ff. de legat. 2.* dic contra, quia eſt diverſum jus uſusfructus dominio, & ſic non poteſt dici, quod competant verba hujus legis, cum dicit, (*comunalmente de ſo uno*) *ut in leg. rectè dicimus,* ubi gloſſ. *ff. de verbo. ſignific.* gloſſ. *in leg. 4. C. de uſufruct.* & quia ut dicit Bald. *in leg. 2. C. de commun. rerum alien.* contra naturam eſſet, ſi proprietas accederet uſufructui, eſt enim uſufructus pars dominii integralis, ſive legalis, non prædicativa: ſeu ſubjectiva, ſecundum Placen. cujus opin. probatur *in dict. leg. rectè.* Si enim quis dicat uſusfructus fundi Titiani pertinet ad Petrum, non ex hoc infertur, ergo Petrus eſt dominus ejuſdem fundi, imò potius ſequitur contrarium: quia dominus in proprio fundo non poteſt habere uſumfructum, vel aliam ſervitutem. Si tamen dicatur uſusfructus junctus cum proprietate facit plenum dominium, rectè dicitur, & ſic uſusfructus eſt pars dominii integralis, & idem dicendum eſt in uſu, & multo magis, licet enim ſecundum Bald. *in dict. leg. 2.* in corpore pleni dominii derivetur: non tamen habet naturam proprietatis: ſed eſt quædam forma corruptibilis, & de facili revertibilis ad proprietatem, tamquam ad materiam: & idem de aliis ſervitutibus eſt dicendum: quia portionis inſtar non obtinent, L. *mævius, §. pen. ff. de legat. 2. L. quod ad ſervitutes, ff. de eviction. & in dict. leg. rectè dicimus,* & tenet Bald. *in dict. leg. 2. in fin.* Si tamen plures haberent uſumfructum, vel uſum fundi, ſeu habitationem domus, vel aliam ſervitutem, veluti paſcendi pecoris in alieno agro, vel alias, ſi unus venderet partem juris ſui extraneo, conſortes illius juris, & ſervitutis admitterentur ad retractum, propter communionem, quam habent in illo jure, ut dixi ſupra maximè: quia tales ſervitutes adhærentes rebus immobilibus judicantur immobilia bona, ut probatur *in cap. 2. de rebus Eccleſiæ non alien. lib. 6. & in leg. fin. C. de longi tempor. præſcript.* & notat Anton. & Joan. de Imol. *in cap. nulli. de rebus Eccleſiæ non alien.* & cum iſta noſtra lex generaliter loquatur, cum dicit, *alguna coſa,* neque ſe reſtringat ad bona immobilia, ſi plures habeant actionem perſonalem pro fundo, & unus vendit actionem ſuam extraneo admittentur conſortes illius juris, & actionis ad partem conſortis, ut ſic poſsint agere perſonali actione ad conſequendum totum fundum ſibi debitum: unde non expedit inveſtigare, an actiones judicentur inter immobilia, vel mobilia: de quo per Abb. *in dict. cap. nulli.* & per Bart. *in leg. 1. C. ſi adverſus tranſact. & in leg. ſi ſic legatum, §. fin. ff. de legat. 1.* & per Joan. de Plat. *in leg. 2. §. 1. C. quando, & quibus, 4. pars debeatur, lib. 10.* & per Bald. *in leg. jubemus nulli. colum. 2. & in authen. hoc jus porrectum, col. fin. C. de Sacroſanct. Eccleſ. & in cap. 1. verſic. ſciendum, de feud. cognition. & de pace tenen. & ejus violat. in fin. principii, & in leg. 1. C. de prat. pignor. & in dict. leg. 1. ff. de ſtatu homin.* in utraque lectu-

ctura per Decium *conſil. 237. col. 1.* Alexan. *conſil. 45. col. 3. verſic. 1. enim conſidero,* & per Oldral. *conſil. 218.* & ſic ceſſabunt, quæ in terminis iſtius quæſtionis tradit Decius *conſil. 300.* incipit, *viſa petitione, col. 2. verſic. ulterius, & ſecundo, &c.* Quid tamen ſi dominus directi dominii vendat ſuum dominium, an habens utile dominium tamquam conſors in re habeat jus retrahendi? Per iſtam legem videtur, quòd non cum iſta lex dicat (*comunalmente de ſo uno*) & utilis dominus non habet dominium communiter cum directo, ſed ſubalternantur iſta dominia: quia non poteſt idem dominium eſſe apud duos, L. *ſi ut certo, §. ſi duobus, ff. commo.* ſunt ergo diverſa dominia, ut notat Bart. *in leg. ſi quis vi. §. differentia, ff. de acquir. poſſeſ.* & ad deciſionem hujus quæſtionis facit: quia ſi dominus directus vult dominium ſuum vendere, non tenetur emphyteotam requirere, an ipſe velit habere æquali pretio, ſicut è contra emphyteotam teneretur. Poterit ergo dominus directus vendere cui libuerit, ut decidit notabiliter Speculator *tit. de locato. §. nunc aliqua, verſic. 93. licet dicat,* quod de conſuetudine quorumdam locorum ponitur in inſtrumentis, ut ſi dominus voluerit jus ſuum vendere, poſsit emphyteota præ cæteris habere etiam pro minoris pretio decem, vel 20. ſolidorum: ſed hoc eſt conventionis, non neceſsitatis, prout dicit Jaſon *in ſuo tractat. de jure emphyteo. fol. 118. col. 3. verſic. juxta iſtum text.* ubi refert, & ſequitur dictum Speculatoris.

Quid autem ſi alicui legat teſtator quintam partem bonorum, prout communiter accidit tota die, quod mariti legant uxoribus, & demum talis legatarius emit ab hærede fundum hæreditarium, quem illi, qui ſunt de genere, & avolengo retrahere volunt, pro tanto, juxta LL. fori, & ordinamentorum, legatarius dicit, non fore locum retractui, eo, quia ipſe habet partem in re ratione legati quinti bonorum, & ſic præferendus ſit, *ut in leg. 74. in ordin. Tauri.* Dic homines de genere præferendos: eo quia in talem legatarium non tranſit dominium recta via, cum ſit legatarius quotæ bonorum, ut eſt caſus *ut leg. ſi quis bonorum, ff. de legat. 1.* & ibi firmat Bart. & tenent communiter Doct. licet aliud voluerit idem Bart. *in leg. non amplius, §. fin. eod. tit.*

Et facit hoc ad aliam quæſtionem: maritus emit fundum conſtante matrimonio: deinde illium vendidit cuidam extraneo: uxor ejus, vel conſanguinei ejus nomine, & pro ea volunt retrahere pro tanto ex remedio hujus leg. an poſsint? Doctor del Caſtillo *in commento ſuo, L. in ordi. Taur. in gloſſ. magna,* ad finem movet iſtam quæſtionem, & tenet, quod ſic, per quædam motiva ſatis levia. In contrarium tamen videtur: quia medietas quæſtuum, quæ applicatur uxori, intelligitur, deducto ære alieno, & ſic non poteſt dici aliquid ſuperlucratum, niſi ære alieno ſoluto, unde non poteſt dici, quod recta via in uxorem tranſierit dominium, ſicut & in legato quotæ bonorum, *ut in dict. leg. ſi quis bonorum, ff. de legat. 1.* quæ fuit ejus legis fundamentalis ratio, ut tradunt Bart. & alii *in dict. leg. non amplius, §. fin.* & cum ante diviſiones lucrorum ſint reſarcienda capitalia utriuſque viri, ſcilicet, & uxoris: quæ ad matrimonium deducta ſunt, quouſque id fiat, non poteſt perpendi, quid competat uxori, ſeu quæ pars ex rebus emptis per maritum: & ſic militat ratio *dict. leg. ſi quis bonorum,* quod autem prius deduci debeant dicta capitalia, comprobat latè Montal. *in leg. 1. tit. de las ganancias, qui eſt tertius in ordine, lib. 3. for. LL. in gloſſ. in parte de por medio,* & practicatur de conſuetudine, etiam ſi vir de ſuo capitali amiſerit ludens, vel in alios malos uſus conſumens, ut tradit Roder. Suarez *in rep. dict. leg. fori, fol. 23. col. 1.* veritas tamen hujus quæſtionis pendet ex eo, an dominium acquiſitorum, conſtante matrimonio, tranſeat in uxorem ſtatim, quod maritus emit, vel aliter acquiſivit, etiam ſi ſoli viro traditio facta ſit, in qua quæſtione variæ ſunt opiniones, nam Petrus de Ancha. *conſil. 102.* incipit *contra dictam donationem, col. 2.* tenuit in conſimili ſtatuto dominium ipſo jure non tranſire in uxorem: ſed competere actionem pro ſocio ad communicandum allegat, L. *ſi quis ſocietatem, ff. pro ſocio,* ubi etiam, ſi contracta ſit ſocietas omnium bonorum, tamen ſi poſtea ſocius proprio nomine aliquid acquirat, ſuum erit, licet competat actio ſocio ad communicandum, licet enim rerum corporalium, quas ſocii omnium bonorum habent tempore contractæ ſocietatis, in quemlibet eorum pro parte tranſeat dominium, & poſſeſsio, abſque aliqua traditione, *ut in leg. 1. in fin. cum leg. ſequent. ff. pro ſocio,* & notat Azo. *C. pro ſocio in ſumma,* tamen in his, quæ poſtea acquiruntur, hoc non procedit, ſed acquiſitum taliter erit proprium illius ſocii, qui acquiſivit, ſed tenebitur ad communicandum, *ut in dict. leg. ſi quis ſocietatem,* eamdem ſententiam in terminis noſtræ leg. fori tenuit Doctor noſter de Pala. Rube. *in ſua repe. cap. per veſtras in rubr. col. mihi 319.* ubi allegat *dict. conſil.* Petrus de Ancha. & ponderat verbum *L. fori,* dum dicit habeant æqualiter ambo, quia verbum *habeant,* non ſignificat ipſo jure, ut notat gloſſ. & Doctor. *in cap. ſi diligenti, de foro compe. & in cap. unico de ſaggita, & in leg. criminali, C. de juriſd. omnium jud.* & quia ſola univerſalis ſocietas habet iſtam prærogativam, ut dixi: ſocietas vero inter virum, & uxorem non eſt univerſalis ſocietas, ſed tantum lucri, & quæſtus, Doctor etiam de Segura *in tractat. de bon. lucrat. fol. 29. col. 4.* tenet eandem ſententiam, nam licet in præcedenti col. dixerat dominium ſtatim uxori acquiri per *leg. 1. in fin. cum ſequenti,* & ibi Bald. *ff. pro ſocio in ſequenti col.* dicit, vel ſi velimus dicere, quod uxor in continenti cum bona acquiruntur, non habet aliquod dominium, donec diſſoluta ſit ſocietas per text. *in leg. ſi quis ſocietatem, ff. pro ſocio, &c.* & ſic videtur potius in iſtam ſententiam ſe inclinare, contrariam ſententiam tenet idem Doct. de Pala. Rub. *in dict. repe. in rubr. col. mihi 362.* ubi dicit, quod ſecundum aliquos bona acquiſita, conſtante matrimonio, eo ipſo, quod ducuntur ad domum, efficiuntur communia, & dominium tranſit pro parte in ipſam uxorem, ut ſentit gloſſ. reputata ſingularis *in dict. leg. 1. §. fin. ff. pro ſocio,* & ibi ponderat ipſe ad hoc probandum verba dictæ legis fori, cum dicit, habeant ambo æqualiter, quod verbum refertur, tam ad maritum, quam ad uxorem, & ſic, quod ſicut ſtatim marito acquiritur dominium, ſic & uxori, & poſſet ultra eum, dict. verbum aliter ponderari, ſcilicet, quod iſtud verbum habeant, denotat executionem actus, ut eſt text. & ibi Doct. *in ca. ex parte de ſponſa. in quæſtione illa habebo te in uxorem, &c.* Rodericus Suarez *in repe. dict. leg. fori, movet iſtam quæſt. fol. 23. verſic. quæritur ulterius,* & poſtquam adduxit aliqua fundamenta ex prædictis, & etiam *L. ſtili. 203.* ſcilicet, quod præſumantur à lege bona eſſe communia inter maritum, & uxorem, niſi alter probet, quod ſint ſua, & quod ſi vir, & uxor pariter in domo habitant, neque aliquis eorum poteſt de titulo oſtendere, quilibet eorum, intelligitur pro dimidia poſsidere, *L. ſi duo, ff. uti poſsidetis,* Angel. *in leg. qui jure, ff. acquir. poſſeſ.* & ſic, quod ex quo communiter poſsident, ſatis dicitur interveniſſe traditio in perſona utriuſque. Tandem in nullam partem inclinat dicens, quæſtionem eſſe ſatis dubiam, & maturius cogitanda, & quod ipſe non decidit eo, quod tunc habebat de facto conſulere.

Vides ergo in quæſt. iſta quanta ſit dubietas, & varietas inter Doctores noſtros, vides etiam, quod nullus eorum advertit ad illud fundamentum, quod ſupra adduxi de *dict. leg. ſi quis bonorum,* ſcilicet, quod in legato quotæ bonorum propter rationem, quam dixi, non tranſit dominium recta via, quod fundamentum videtur præcipuum in iſta materia.

Mihi vero placet opinio illa, quod in iſta ſocietate, quæ eſt inter virum, & uxorem, licet non ſit omnium bonorum, ſed tantum lucri, & quæſtus dominium rei acquiſitæ per virum conſtante matrimonio, ſtatim tranſeat in uxorem, & primo moveor per *leg. 46. tit. 28. part. 3.* ubi habetur, quod ſi ſocietas omnium bonorum quæſitorum, & quærendorum contrahatur, quòd nec dum in jam quæſitis, ſed etiam in his, quæ poſtea acquiruntur per quemlibet ex ſociis, dominium ſtatim tranſit pro parte in alterum ſocium, & licet illa lex loquatur, quando eſt contracta ſocietas omnium bonorum, advertendum eſt, quod in quæren-

qualquier dellos puede vender la ſu parte, (3) maguer la coſa non ſea partida. E puedela vender (4)

a

rendis non movetur illa lex ex eo, quia fuit ſocietas omnium bonorum: quia ut dixi etiam in tali ſocietate in futuris lucris, non tranſit dominium in ſocium, qui non contraxit, *ut in dict. leg. ſi quis ſocietatem*, ubi gloſſ. & Doct. *& in dict. leg. 1. §. fin. eod. tit.* ſed quia voluit illa lex, idem juris eſſe in ſocietate univerſali contracta ſuper quærendis, quale erat de jure antiquo in contracta ſuper jam quæſitis. Cum ergo inter virum, & uxorem, ſit ſocietas univerſalis in quærendis, ut patet per LL. Regni, & probatur *in cap. cum ſocietas, ubi gloſſ. 27. quæſt. 2. & in cap. ſignificavit, de donation. inter virum, & uxorem*, habebit locum in tali ſocietate diſpoſitio, *dict. leg. 46. in fine.* Secundo moveor ex verbis *L. ſtili* 203. incipit: *Como quier*, ubi eſt ſcripta illa conſuetudo Regni, quæ communiter eſt in obſervantia, quod bona mariti, & uxoris præſumuntur communia alio non probato, ubi ſunt hæc verba: *Pero la coſtumbre guardada es contrario, que los bienes que ha marido, y muger que ſon amos de por medio*, pondero verbum (ſunt) quod eſt verbum ſubſtantivum, & de præſenti effectum, *ut in leg. his verbis, in princ. ff. de hæred. inſtituen.* & dicit Bald. *in tractatu ſchiſmatis in rub. C. ſi quis aliquem teſtari prohibue. col.*4. quod iſtud verbum ſubſtantiam rei perfectiſsimè includit, neque eſt aliud verbum ita ſubſtantivum in mundo, ſicut ſum, es, eſt, & cum dicat de præſenti *dict. leg. ſtili ſon.* non debet intelligi, quod in futurum ſoluto matrimonio erunt *argum. L. qui ædificium*, & ibi Paul. de Caſtr. *ff. de ſervit. urb. prædio. L. ſi ita*, & ibi Bart. *ff. de aur. & argen. lega.* L. *ſi ſtipulatus fuerim*, §. 1. & ibi latè Jaſon. *ff. verb. obliga. L. cum ſtipulamur, eod. tit.* & ſi tale verbum fuerat in ſtatuto, in quo coſuluit Petrus de Anchar. *in dict. conſil.* 102. idem dixerat, quod patet ex ejus verbis, cum dicit, nam verba ſtatuti dicunt, quod ſint communia inter ipſos, &c. ſed verbum (ſint) eſt præſentis temporis ſubjunctivi: & non ſignificat ipſo jure, *cap. ſi diligenti de foro competent.* & per Doctor. *in leg. in criminali, C. de juriſd. omn. judic.* vides ergo, quod ſi in ſtatuto, de quo loquitur, fuerat iſtud verbum ſunt, aliter conſuluiſſet. Tertio hoc probatur *ex leg.* 14. *tit. fin. lib.* 3. *foro LL. ubi habetur*, quod uxor poteſt conveniri ad debita contracta, durante matrimonio, quod non eſt ex alio, niſi ratione lucrorum, quæ lex eidem communicavit, *L. ſecundum naturam, ff. de regul. jur.* & ex eo, quod lex ipſo jure communicavit, vult, quod ipſo jure teneatur ad debita, & facit ad idem *L. 60. in ordi. Tauri*, quæ liberat mulierem ab hoc onere, ita demum, ſi renuntiaverit lucris habitis conſtante matrimonio, & ſic vult, opus eſſe renuntiatione, ut lucra ipſo jure communicata perdantur, neque obſtaret, ſi quis diceret, quod imò ex illa leg. 60. probatur uxori non fuiſſe acquiſitum dominium: quia ſi id eſſet, ſola renuntiatione non perdiderat dominium, *ut in leg. ſi quis vi. §. differentia, ff. de acquir. poſſeſ.* reſpondetur illud non obſtare, cum procedat in dominio acquiſito de jure gentium, mediante traditione: tunc enim poſſeſsionem non dimittendo, non poteſt perdi ſola voluntate, ſeu renuntiatione: hic vero tractamus de dominio ipſo jure communicato per legem, quod lex voluit revocabiliter acquiri, ſicut dicimus in dominio, quod per legem acquiritur legatario, *L. ſi tibi homo, §. cum ſervus, ff. de legat.* 1. non obſttat, quod objiciebatur de *L. ſi quis bonorum, ff. de leg.* 1. quia diverſum eſt in legato bonorum ab acquiſitione iſtorum lucrorum, cum bona intelligantur deducto ære alieno: hic non, imò ipſa uxor tenetur pro parte ad æs alienum, & poſſet ſolvere capitale viri, & retinere ſibi lucra, advertendum tamen eſt, quod licet ipſo jure ſibi acquiratur dominium, & poſſeſsio, non tamen acquiritur cum effectu: niſi ſoluto matrimonio, & ſic finata ſocietate, cum matrimonio conſtante non ſint lucra, ſed debet inſpici tempus, quo diſſolvitur ſocietas, & ſic tempus diſſoluti matrimonii: nam de jure non poteſt agi ad diviſionem lucrorum, niſi ſocietate ſoluta, ut habetur, *ff. pro ſocio, per plures LL.* & ita practicatur, ut & atteſtatur Roder. Suarez ubi ſupra ſubdens notabiliter ad deciſionem quæſtionis principalis: de qua per dictum gloſſatorem, *LL. Tauri*, quòd mulier donec ſolvatur matrimonium, non poteſt agere, neque petere aliquid ex lucris, præſertim cum conſtante matrimonio, adminiſtratio acquiſitorum, & eorum alienatio principaliter reſideat in perſona mariti, *per leg. de Nieva. fin. tit. 4. lib. 5. ordin. regal. & per leg. ſtili* 205. & ſic patet non eſſe veram deciſionem dicti gloſſatoris, & clarius patet, quia aut maritus vendidit, & tradidit fundum, conſtante matrimonio acquiſitum: & tunc cum ſit tranſlatum dominium in emptorem in toto fundo, non poteſt uxor dicere ſe conſortem: aut tantum vendidit, & non tradidit, & cum ſit præciſè obligatus ad tradendum, cum poſsit tradere, & alienare etiam partem uxoris, & habeat facultatem rei tradendæ, juxta notat. per gloſſ. *in §. pretium inſtit. de empt. & vend. in verb. tradatur*, & per Bart. *in leg. 1. ff. de action. empt. col.* 4. non poterit uxor volens retrahere, impedire maritum habentem à lege poteſtatem tradendi, & vendendi.

(3) *La ſu parte.* Ut *C. de commun. rerum alienatio. per totum.*

(4) *Vender.* Non eſt aſſumendum hoc verbum ita latè, quod comprehendat quamcumque alienationem, prout alias habetur *in leg. ſtatu liberi à cæteris, §. quintus, ff. de ſtatu liber. & dixi ſupr. eod. leg.* 43. ſed cum non ſit materia favorabilis, *ut in leg. dudum, C. de contrahen. empt.* reſtringendum eſt ad venditionem propriè ſumptam. Unde dicebat Alber. *in dict. §. quintus*, ſpeciale ibi eſſe favore libertis, ſed de proprio, & ſtricto vocabulo, emptionis verbum non eſt ita largum, *ut in dict. §. dicitur, ſed ſtrictus*, & ibi notat gloſſ. ex quo infert ad quæſtionem conſimilem huic noſtræ, ſi de ſtatuto, vel conſuetudine proximior poſsit retrahere rem venditam à conſanguineo ſuo, quod procedit in venditione propriè ſumpta, non in cæteris alienationibus, & in hoc reſidet poſt Albertum, & Odofre. qui hoc tenuerunt in diſputatione ſua incipienti in aliqua Provincia, quam refert Joan. Andr. *in addit. ad Spec. tit. de empt. & vendit. §. nunc dicendum, 2. col. 4. in additio. ſuper parte quemadmodum, ubi Spec. in verſ. ſed pone ſtatutum eſt*, dicit, quod tale ſtatutum non habebit locum in datione in ſolutum, & idem videtur dicendum in iſta leg. quod conſors non admittatur ad retrahendum rem datam in ſolutum. Quod intellige, quando daretur in ſolutum à judice, ſecus ſi ab ipſa parte ſecundum Alber. *in prima parte ſtatutorum, ſecunda parte, q. 2. per leg. ſed ſi pecunia, §. pignori, ff. de rebus eorum, & L. alienationes, ff. famil. herciſ. L. cum fidei hæredis, ff. de fideicom. libertat.* & tenet etiam Joan. de Plat. *in leg. 1. C. de fundis patrimo. lib.*11. ubi & in datione in ſolutum judiciaria intelligit ceſſante fraude colluſionis, hoc idem tenet Roman. *conſil.* 107. Alexand. *conſil. 52. vol.* 1. & tradit latè Andr. Tiraq. *in tract. ſuo de utroque retractu in gloſſ. 14. num. 8. cum ſequent.* & adverte, quod datio in ſolutum à judice, quæ neceſſaria dicitur, eſt quando factis ſubhaſtationis adjudicatur per judicem creditori: ſi tamen alteri adjudicetur, id non eſt datio in ſolutum, ſed mera venditio, *L. ordo. C. de execut. rei judic.* Bald. *conſil. 360. volum.* 1. intellige etiam, & limita, niſi datetur in ſolutum pro pecunia debita, nam tunc idem eſſet dicendum, quod in venditione: ſi vero daretur in ſolutum alterius ſpeciei debitæ, nihil eſſet, quod ad venditionem pertineret, gloſſ. Cin. Bart. & alii *in leg. libera, C. de ſentent. gloſſ.* & ibi Bart. *in leg. ſi quis aliam, ff. de ſolution.* niſi tunc daretur res immobilis pro mobili, quia per inde tunc eſſet, ac ſi daretur pro pecunia, ut latè tradit dictus Andreas, quem vid. *in dict. gloſſ. 14. num.*40. *cum ſequenti*, neque etiam procederet diſpoſitio hujus legis in permutatione, ſicut neque in retractu, qui ſit à proximiori, *ut in dict. leg. fori*, ubi vid. gloſſ. cum enim hic caveatur de redditione pretii, quod non poteſt habere locum in vera permutatione, ideo neque habebit locum hujus leg. diſpoſitio, L. 4. §. *totiens, ff. de damn. infect.* nam

iſtud

Vela dis cext. 17. n. 31. X.° Inter qug pag. 221. et n.° 39. pag. 222.

a qualquier de los que han en ella parte, (5) o a otro eſtraño. (6) Pero ſi alguno de los que han parte en la coſa, quiſieren dar tanto por ella, (7) como el eſtraño, eſſe la deue auer, (8) ante ante que el eſtraño. E la vendida del eſtraño, ſe deue entender que puede ſer fecha, ante que

Partida V. K2 ſean

iſtud verbum pretium propriè ad venditionem referrur, *L. fin. C. de prædiis curia. lib.* 10. ubi Joan. de Plat. *in terminis hujus quæſt.* dicit, quod qui præfertur in emendo, non præfertur in permutando, quid tamen ſi pro re immobili daretur mobilis, vid. quæ dixi ſupra ead. gloſſ. an autem habeat locum in tranſactione, ſi ex cauſa tranſactionis res dimittantur penes profeſſorem aliquo pretio recepto, vel dato à poſſidente? Vid. Andr. Tiraq. *in dict. tract. in dict. gloſſ. 14. num. 60. cum ſequent.* & vid. in eadem gloſſ. quid in locatione ad longum tempus, num. 79. cum ſequent. ubi etiam vid. plures quæſtiones attinentes huic materiæ, & vid. Decium *conſil. 282. ad fin.* de locatione ad longum tempus.

(5) *Que han en ella parte.* Poterit ergo vendere uni ex conſortibus, licet ille minorem partem habeat, ut hic patet, quia etiam ratione minimæ partis, quis dicitur conſors, *ut in leg. 1. C. de commun. ſervor. manu.* ubi Bal. notat, & infert ad ſtatutum Florentinum, quo cavetur, quod domus non poſsit alienari extra conſortes, nam ſi ſunt tres conſortes, vel plures, etiam ei, qui habet milleſimam partem, poteſt alienari, non obſtante, quod ſit alius conſors habens majorem partem, quod dicit menti tenendum, hæc enim lex privilegiat conſortes condominos contra extraneos, ergo non inter ſe, *ff. de minore* L. *ſi minor*, ubi melior eſt conditio conventi in privilegii paritate, in contrarium tamen facit L. *fin. C. de agri. & manci. lib.*11. ubi habetur, quod fundus patrimonialis Principis non debet vendi uni tantum colonorum ſuorum, ſed pluribus debet vendi, ut materia ſeditionum tollatur: quia de natura ruſticorum eſt cum ditantur ſuperbire, & ſe in elationem extollere, & Joan. de Plat. ibi inducit illam legem in argumentorum, quod ſi res communis vendatur potius, debet vendi omnibus conſortibus, & ſociis, quam uni ſoli ne moleſtus ſit aliis; Lucas tamen de Penna ibi aliter intelligit illam legem, ſcilicet, quod ſi aliquis ex colonis Imperatoris vult vendere prædium ſuum (quod tamen eſt de patrimonio Principis in directo dominio) requirendi ſunt alii, qui ſunt de ſimili origine, ſeu jure, neque eſt vendendus alicui, qui ſuis conſortibus præſumatur exiſtere gravis, & moleſtus, & ſecundum intellectum iſtum non obſtabit, *dic. leg. ſed fortè*, ex illa poterit limitari iſta, ſcilicet, quod ſi ſit caſus in quo pars rei communis vendatur alicui ex conſortibus, qui poſſet eſſe aliis rixoſus, & moleſtus, ſi haberet magnam partem rei, quod tunc admittantur conſortes ad retractum, ac ſi venditum eſſet extraneo, ut ſaltim pro partibus, quas quilibet habet, concurrant in tali venditione, quod eſt bene notandum, & bene faciunt ea, quæ de ſocio rixoſo notantur *in leg. ſi convenerit, ff. pro ſocio.*

(6) *O a otro eſtraño.* Adde L. *falſo, C. de cummun. rerum alienan. & L. 1. C. commun. dividun.* valeret tamen ſtatutum, quod non liceret vendere extraneo, niſi prius requiſito conſorte, *ut in leg. dudum*, & ibi Salicet. *C. de contrahen. empt.* L. 1. & ibi Joan. de Plat. *C. non licere habita. metropol. lib.* 11. & Bald. *in leg. prima, 1. notabili, C. commun. dividun.* licet Angel. *in dic. leg. dudum*, per illam legem dicat talia ſtatuta eſſe iniqua: quia illa lex loquitur, quando ſtatutum omnino removeret extraneos, ſed talia ſtatuta non removent: ſed diſponunt prius requiri conſortem, & præferri in emptione, & tale ſtatutum valet, ut in iſta leg. probatur.

(7) *Tanto por ella.* Sive pretium ſit exceſsivum, & ultra juſtum valorem rei, ſive non: quia venditor debet conſervari indemnis, L. *ad officium, C. commu. dividun. & in authen. hoc jus porrectum, C. de Sacroſanct. Eccleſ. L. in fundo, ff. de rei vendic.* ubi juſtum pretium dicitur, quod habiturus erat poſſeſſor, & res tantum valet, quanti vendi poteſt, *L. ſi ſervus furtivus in princ.* & ibi gloſſ. allegat concordantias, *ff. de condictione furtiva*, & ita determinat Joannes Andreas *in addition. ad Specula. tit. de emption. & vendition. §. nunc dicendum 2. col. 6. & 7.* & ſequitur Bal. *in leg. 2. ultim. quæſt. C. de reſcin. vendi. & probatur in leg. fin. C. de jure emphyt.* & tantam pecuniæ quantitatem, quantam ipſe ab alio accipere poteſt, & tenet Joan. de Imol. *in leg. qui Romæ, §. cohæredes, ff. de verb. obligatio.* Fabia. de Monte *in tractatu de emption. & venditione, 3. quæſtione principali quæſtionis* 20. & quid ſi res vendatur certo pretio, & donetur, quod pluris eſt, an conſors debeat reddere non tantum pretium conventum, ſed & illud, quod donatum eſt? Dic, quod non debet attendi illa communis clauſula, quæ in venditione ſolet apponi, & quod plus eſt donavit, quæ potius de conſuetudine, & ſtilo notariorum ponitur, quam ut afferat aliquid momenti, ut dicit Angelus *in leg. 2. C. de reſcindend. vendition.* ſi tamen alias appareret de mente vendentis, & ex affectione, & ex aliis conjecturis, quod aliquam partem juſti pretii donavit, teneretur retrahens ad illud etiam ſolvendum, ut pulchre hoc tradit Carolus Molinæus *in conſuetudinibus Pariſien. tit. 1. §. 13. in gloſſ. 5. quæſt.* 12. & Fabian. de Monte *in ſuo tractatu de emptio. & vendit. dicta octava quæſt. principali, 4. quæſt.* & Andreas Tiraq. *in libro ſuo de utroque retractu, fol. 140. num. 11. cum ſequent. in fol.* 141.

(8) *Deue auer.* Hoc de ſtricto jure communi non erat ita expreſſum, imò liberum erat in poteſtate alienantis alienare in extraneum, vel conſortem: ſed de æquitate conſors debet præferri, ſi velit tantum dare, quantum alius, ſecundum Baldum *in dicta lege 2. C. de commun. rerum aliena. allegat. leg. neceſſe autem, ff. de in diem additio. & L. 1. ff. de privileg. credito.* quæ tamen LL. hoc non probant in ſpecie: & dicebat Fabian. de Monte *in ſuo tractatu de emption. & vendit.* referens Guilliel. de Cugno *in leg. 1. ff. de privileg. credit.* quod cæteris paribus, potius tenetur quis vendere convicino, & quod alias poſsit appellari, facit *L. quæcumque 2. C. de omni agro deſer. lib.* 11. & dicit etiam Fabianus *ubi ſupr. in tertia quæſt. principali, quæſt.* 20. referre iſta Moder. *in leg. fin. mihi, ff. de verborum obligationib.* quia intereſt noſtra non habere malos vicinos, *ut in leg. final. C. de pactis inter empto. & vendit* & confines fundos etiam ſupra juſtam extimationem intereſt noſtra interdum habere, *L. ſi cui fundus, ff. de legatis* 2. ſuper hoc etiam facta fuit quædam L. à Frederico Imperatore, Rege Siciliæ, quam ad litteram ponit Matthæus de Afflictis *in ſuo tractatu de jure protomiſeos*, quæ tamen non ſervatur in iſtis Regnis, neque hoc jus retractus ex vicinitate datur in iſto Regno, neque aliqua lege Regni cavetur, neque etiam per LL. juris communis dictum Guilliem. fundatur in ſpecie dicti ſui, tene ergo menti iſtam legem decidentem locum habere retractum ratione communionis rei venditæ, & debet in iſto retractu, jure communionis ſervari omne illud, quod ſervari debet in retractu jure conſanguinitatis, *juxta LL. fori, & ordina. de Nieva*, & omnia in illo retractu ſtatuta in oblatione, & conſignatione pretii, & cæteris diligentiis, & obſervatione termini novem dierum, & aliis habent locum in iſto retractu, ut habetur *in leg. 75. in ordina. Tauri*, ubi per gloſſatores reperies aliquas quæſtiones in materia hujus legis, & Matthæum de Afflictis in dicto ſuo tractatu. Quid autem ſi extraneus, cui eſt res vendita, ſit Clericus, vel Eccleſia? Dic, quod adhuc habebit locum iſta lex, ut eſt textus notabilis, & ibi Abbas quinto notabili in capitulo *conſtitutus, de in integr. reſtitut.* hoc enim privilegium etiam Clericis poteſt competere, ut tradit Decius *conſil. 282. ad finem*, & in propriis terminis noſtræ legis tenet Alexand. *conſil.* 143. incipit: *Viſo ſtatuto Mediolanenſi, volum.* 7. ergo, & contra Clericos procedet hujus legis diſpoſitio. Sed quid ſi tu, & ego habeamus rem communem, tu vendidiſti partem

tuam

ſean entrados en pleyto, (9) de la parte. Ca ſi el pleyto fueſſe ya començado en juyzio, para partirla, entonce non la podria vender al eſtraño, faſta que fueſſe partida; fueras ende, con otorgamiento de los otros compañeros.

L E Y LVI.

Del ome que por miedo, o por fuerça, compra, o vende alguna coſa, por menos del juſto precio.

Leyes 1. y 2. tit. 11. lib. 5. Rec.

Camillo lib. 6. controv. cap. 18. n. 77. 79. et 80

POr miedo, o por fuerza, comprando, o vendiendo algun ome alguna coſa, non deue valer; ante dezimos, que deue ſer desfecha (1) la compra, ſi fuer prouado, que la fuerça, o el miedo fue atal, (2) que lo ouo de fazer maguer le peſaſſe. E como quier que la vendida fueſſe fecha por jura, o por peño, o por fiadura, o por pena, que fueſſe y pueſta, non deue valer. Ca deſpues que la vendida, o la compra, que es el principal, non vale, (3) non deuen valer las otras coſas que fueſſen pueſtas por razon della. Otroſi dezimos, que ſe puede desfazer la vendida, que fue fecha por menos de la meytad (4) del derecho precio, que pudiera valer en la ſazon que la fi-

---

tuam Titio me irrequiſito, poſtea ego vendidi partem meam Sempronio, Titio irrequiſito, & ceſsi ſibi jus, quod habebam ex forma hujus legis contra Titium, ut mihi revenderet. Titius nunc agit contra Sempronium, qui à me emit, dicens, quod emptio ſua fuit eo irrequiſito, & vult habere pro eodem pretio partem, quam ego vendidi Sempronio: Sempronius vero ex jure ceſſo prætendit ſibi competere jus retrahendi partem, quam emit Titius: quæritur quis præferatur? Quæſtionem iſtam movet Paulus de Caſtro *in leg. apud antiquos in fine, C. de furtis*, & concludit præferendum Sempronium agentem ex jure ceſſo, vide ibi per eum, nota etiam, quod ex verbis hujus legis cum dicit, *eſſe la deve aver, &c.* Cum verbis ſuperius poſitis, *pero ſi alguno, &c.* Comprobatur illud, quod conſuluit idem Paulus de Caſtro *conſil.* 221. incipit *in hoc paſſu, volum.* 1. quod & ſi ſint plures conſortes, & unus tantum petat revenditionem partis factam extraneo, quod ille ſolus admittetur in ſolidum, & non pro parte ſua tantum: eſt enim iſtud jus revendendi individuum, quia continet rem tradit, quod eſt individuum, L. *ſtipulationes non dividuntur, ff. de verborum obligationib.* & notat Bartolus *in leg. cui uſusfructus, ff. de uſufruct. lega.* non enim niſi in ſolidum petere potuiſſet, L. *quod autem, §. fin. cum L. ſequent. ff. de in diem addiction.* & adverte, quod extrahens rem ratione communionis, vel proximitatis tenebitur refundere omnes expenſas, quas fecit in re, is à quo retrahitur, vid. per Alber. loquentem in caſu cum jure proximitatis retrahitur *in leg. intra utile. §. 1. ff. de mino.* & ibi quid ſi proteſtetur, quod non faciat tales expenſas.

(9) *Pleyto.* Id eſt, lis ſit conteſtata, *ut in leg. 1. in fin. C. commu. dividun.* à qua iſta lex ſumpta eſt.

L E X LVI.

Reſcinditur venditio, ſi fuit facta per vim, vel metum, hoc verè probato, nec etiam valent acceſſoria ad firmitatem poſita, etiam juramento firmata. Item reſcinditur, ſi fuit deceptus ultra dimidiam juſti pretii: niſi ad verum pretium reducatur, vel niſi res ſit perdita, vel deteriorata, aut per majorem xiiii. annis juramento firmata: ſi tamen fuit deceptus minor xiiii. annorum, etiam ſi juret, reſcinditur contractus, hoc dicit.

(1) *Desfecha.* Adde *L. 1. C. de reſcind. vend. &* L. *ſi vi, vel metu, & L. ſi per vim, C. de his, quæ vi. metuſve cauſ. fiunt*, & dicit *desfecha*, quia contractus tenet, licet reſcindatur per actionem, quod metus cauſa, ut not. gloſ. *in dict. leg.* 1.

(2) *Atal.* Id eſt talis, qui caderet in conſtantem virum, & qualis ſit iſte, declaratur bene *in leg. 7. tit. pen. part. 7.*

(3) *Principal, non vale.* Adde L. *non dubium, C. de legib. & L. cum principalis, ff. de reg. jur. & L. Seius, & Augerius, ff. ad leg. falcid.* in eo tamen, quod hic dicitur de juramento, intellige petita abſolutione, ut dixi in fin. *tit.* 11. *part.* 3. & per Innoc. *in cap. venerabilem, de election. & in cap. ad aures, quod metus cauſ.* & per Paul. de Caſtr. *in authent. ſacramenta puberum, col. 1. in fin. C. ſi adverſus vendi.*

(4) *Menos de la meytad.* Adde L. 2. *& L. ſi voluntate, C. de reſcind. vend. & cap. cum dilecti, &c. cum cauſa de empt. & vend. & L. 4. tit. 7. lib. 5. ordi. rega.* quæ extendit diſpoſitionem hujus legis, & illius ad contractum locationis, & permutationis, & ad alios ſimiles, & ſi interveniat publica ſubhaſtatio, & reſtringit terminum petendi uſque ad quadriennium à die contractus, adde Spec. *tit. de emption. & vendit. §. nunc dicendum eſt, col. 4. & in tit. de locato. §. nunc aliqua, verſic.* 90. ubi & quid in feudi, vel emphyteoſis conceſsione, & habet etiam locum iſta lex, ſecundum Alberi. *in dict. leg. 2. in ordinatione in ſolutum, & habetur in leg. ſi quos, C. eod. tit. quod limita, ut in caſu L. 5. tit. 7. L. 5. ordina. rega.* vide Bald. *in leg. ordo. in fin. 1. col. C. de execution. rei judic.* habet etiam locum in contractibus innominatis, gloſſ. *in leg. ſi olei, C. loca.* & in contractibus ſtricti juris, tàm per viam exceptionis, quàm actionis: ſecundum Alberi. Bald. & Salic. *in dic. leg.* 2. & in tranſactione vide per gloſſ. L. *Lucius, §. fin.* & ibi Bart. *ff. ad Trebel.* quid tamen in deceptione extimationis rei datæ in dotem, vid. L. 16. *tit.* 11. *part.* 4. & quæ ibi dixi. Habet etiam locum in nimia conſtitutione dotis, ſecundum gloſſ. *in leg. ſi ex cauſa, §. in dotis, ff. de minor.* & tunc non debet concludi in libello alternative, videlicet, vel quod dos reducatur ad juſtam menſuram: vel quod ex toto diſcedatur à contractu dotis: ſed tantum, quod dos reducatur ad juſtam menſuram, ſecundum Bald. novel. *in tractat. de dote, fol. 20. col. 1. verſic. & hoc erit quadrageſimum ſecundum privilegium*, an autem remedium hujus legis habeat locum, ſi interveniat iſta deceptio in permutatione beneficiorum, Calderinus voluit, quod ſic *in tit. de rerum permutatione, conſil.* 4. incipit *duo Canonici.* Decius tamen *conſil.* 210. *viſo puncto ad finem, 2. col.* intelligit dictum Calderini, quin ex tali permutatione, Eccleſia fuiſſet decepta ultra dimidiam juſtæ extimationis, ſecus ſi tantum eſſet deceptio inter perſonas permutantium: nam tunc ſecundum eum propter ſolam inæqualitatem, etiam data enormi læſione, non deberet vitiari permutatio, vid. ibi per eum, & quid ſi procurator vendit, vid. gloſſ. *in leg. qui fundum, §. procurator, ff. pro empto.* & quod not. Abb. *in cap. cum cauſam, de empt. & vendit. verſic. 2. oppono, col.* 2.

Pro limitatione iſtius text. nota, quod non procedit, neque poteſt allegari iſta deceptio in contractu locationis gabellarum, *ut in leg.* 143. in quaterno gabellarum non tamen per illam legem videtur tolli beneficium reſtitutionis, gloſſ. *in leg. poſtquam liti, C. de pactis*, & per Bald. *in leg. 1. C. ſi adverſus fiſcum*, quid autem ſi res quæ valebat 100. vendita fuit pro 10. eo pacto, ut ſi in paſchate non ſolverentur, adimpletur juſtum pretium: an tunc ſit locus remedio hujus legis Bald. *in cap. 1. qualiter dominus proprieta. feud. prive.* dicit, quod non, quia ſufficit proviſio contrahentium, quæſtionem etiam pulchram ſimilem huic ponit Odofre. & refert Alberic. *in dict. leg. 2. col. 4. verſic. item quærit*, de eo qui vendidit rem valentem 10. pro quatuor pacto appoſito, ut venditore ſolvente dicta quatuor uſque annum emptor teneatur rem ſibi reſtituere, modo venditor non ſolvit dicta quatuor infra terminum numquid eo elapſo poterit uti beneficio hujus legis, *& dic. leg.* 2. & tenet, quod ſic, quia ex pacto non videtur renuntiaſſe hujus legis, ſicuti è converſo quis poterit uti ſpeciali be-

fizieron. (5) E ſi el vendedor eſto pudiere prouar, (6) puede demandar al comprador, quel cumpla, (7) ſobre aquello que auia dado por ella, tanto quamto la coſa eſtonce podria valer ſegund derecho. E ſi eſto non quiſiere facer el comprador, deue deſamparar la coſa (8) al vendedor, e re-

---

neficio, licèt remiſerit jus commune, *ut in leg. 1. C. de legi. hæred.* & licèt hæc duo dicta videantur compugnare: tamen dictum Bald. procedit ex eo, quia venditor ſcivit pretium conventum non eſſe juſtum, & nihilominus vendidit: in ſecundo vero dicto Odofredi, & Alberici non conſtat, quod hoc ſcivit. Scienti enim juſtum pretium, & rei vendenti viliori, non competit hoc remedium, ut notat Azo. *C. de reſcin. vendi. in ſumma*, ibi ſcienti enim, &c. *L. 1. ff. de action. empt. & regul. ſcienti de regul. jur. in 6.* ſed nonne quilibet præſumitur ſcire valorem rei ſuæ, *ut in leg. quiſquis, C. de reſcin. vend.* numquam ergo habere poterit locum remedium hujus legis. Sed dic, quod ubi quis paulo vilius vendit, præſumitur, quod ſciverit pretium rei, & ita procedit *L. quiſquis*, ut ibi patet: ſed ubi multo vilius, ita quod enormis læſio ſequeretur, ignorare, præſumitur, argumento *L. cum de indèbito, ff. de probation.* & tenet Salicet. *in dict. leg. 2. in fin.* poſt Pet. & Cin. & Nicol. de Matha, debet ergo ſecundum eum error. in libello narrari, licet non ſit neceſſe probari, & nota, quod ſi contractus venditionis eſſet confirmatus per judicem, non poſſet agi remedio hujus leg. *ut in leg.* 1. & ibi Batt. & Joan. de Plat. *C. de prædiis. Decurio. lib.* 10. & idem Plat. *in leg. ſi quos, C. de decurio. eod. libr.* quod intellige, quando decretum fieret cum cauſæ cognitione, & ita exprimitur in eo, & non eſſet interpoſitum ex falſa cauſa, *ut in leg. cum vero, §. ſubventum, ff. de fideicom. liber.* & tradit Decius *conſil.* 351. *col. fin.*

(5) *En la ſazon que la fizieron.* Adde L. *ſi voluntate, C. de reſcinden. vendi. & cap. cum cauſa, de emption. & vendic.* gloſſ. *in cap. cum dilecti, eod. tit. & cap. cum cauſam* 2. & ibi gloſſ. *de teſtibus, & text. in leg. non intelligitur, §. divi fratres*, & ibi Bart. *ff. de jure fiſci.* Sed quid ſi per teſtes probatur, quod per annum ante res tantum valebat, numquid per hoc illativè concludant de tempore contractus, Bald. poſt Jacob. de Raven. *in dict. leg. 2. col. pen.* dicit probari ex hoc præſumptivè: nam in brevi tempore per locum à communiter accidentibus non contingit mutatio notabilis quantitatis in ſtabilibus: niſi aliud probaretur: quia ſæpe *por guerras*, & alias hominum paſsiones in brevi tempore fiunt magnæ mutationes, unde judex debet ſuper hoc arbitrari. Albericus ibi col. 5. vult, quod imò probatio non concludat: ſed debeat probari de tempore contractus, opinionem tamen Jacobi tenet Cin. *in authent. Sed quamvis, C. de rei uxor. action.* Salic. *in dict. leg. 2. col. antepen.* & ſatis mihi placet ita, quod hoc reſideat in judicis arbitrio.

(6) *Pudiere prouar.* Hoc qualiter probetur, ponit gloſ. magn. *in dict. leg. 2. in fin. C. de reſcin. vend.* & ibi Bart. Bald. Angel. & Salic. & per Joan. de Plat. *in leg. final. C. de prædiis rebus naviculari. lib.* 11. & in brevi tempore non præſumitur mutatio valoris, *vid. L. fin. tit. 25. 2. part.* Bald. *ubi ſupra col. pen. verſ. pone quidam*, & ad id, quod tradunt, an probetur ex inſtrumentis veterum venditionum, adde Bald. *in leg. unica, col. final. C. de ſentent. quæ pro eo, quod intereſt*, & Alexand. *conſil. 28. col. 2. vol. 5.* & fundus Civitati propinquus carius extimatur ſecundum Bald. *in leg. ſi quis argentum in princ. C. de donation. &* L. *ſi cui fundus, ff. de legat.* 2. & adverte bene, quod res debet extimari cum qualitatibus ſuis, *L. 1. §. ſi hæres, ff. ad Trebel.* L. *mortis in fin. C. de donation. cauſ. mort.* & dicit Bartol. *in dict. §. ſi hæres*, quod ſis cautus, quando tractatur iſta materia, quod conſideres perſonam venditoris, ſi erat implicitus debitis, vel ſi dedit fidejuſſorem, vel non: ut ex hoc poſsis concludere, quod talis res non reperiſſet emptorem tantæ quantitatis, & idem dicit in ſimilibus qualitatibus rerum, quæ habent augere, vel diminuere pretium, adde etiam ea, quæ notantur in *cap. ad noſtram de empt. & vend.* & teſtes deponentes ſuper valore rei: & ſi non interrogentur, debent reddere rationem dicti ſui Bald. *in leg. fin. in fin. C. de jure domi. impetran.*

(7) *Quel cumpla.* Ex hac lege colliges formam libelli, & ponit Angel. *in dict. leg. 2. in fin.* & vid. per Speculat. *tit. de emption. & vendit. §. nunc dicendum, verſic. ubi autem quis in venditione*, & probatur ex iſta leg. quod licet in libello non fiat mentio de beneficio rei: ſed tantum agatur ad ſupplendum pretium, libellus tenet, & adde *L. pater, ff. quod cum eo.* & Bald. *in dict. leg. 2. columm. 9.* & tene hoc menti, quia Abbas poſt Doctores alios voluit contrarium *in cap. cum dilecti, de emption. & vendition. ubi vid. text.* quid autem ſi primus emptor alienavit in alium: contra quem agatur, vide per Bald. *in dict. leg. 2. colum.* 8. & Salicet. *colum.* 5. & Alexand. *conſil. 92. volum. 1. col.* 3.

(8) *Deſamparar la coſa.* Sed an cum hoc eligit emptor, teneatur etiam fructus reſtituere? Videtur, quod non, cum hæc lex, & etiam L. 2. *C. de reſcinden. vend.* tantum dicant de re, & fructus, debeat lucrifacere, cum eos titulo perceperit. Alberic. movet iſtam quæſtion. *in dict. leg. 2. col.* 4. & non decidit, ſed remittit ſe ad Rofredum *in titulo de actione quanto minoris, verſic. item quæritur*, utrum debeat reſtitui fundus cum fructibus, & videtur de mente Bald. *in dict. leg. 2. quæſt.* 1. quod non veniant fructus in iſta actione, quod & voluit Fabian. de Monte, S. Sabini *in ſuo tractatu de emption. & vend. 8. quæſt. principali, col. pen. verſic. 8. ad finem*, videtur dicendum, quod cum iſta lex velit contractum iſtum, ubi tanta læſio, ſeu deceptio intervenit reduci ad æqualitatem, quod teneatur reſtituere fructus pro parte pretii, in qua venditor fuit deceptus, & ſimiliter in caſu in quo potius velit ſupplere juſtum pretium, tenebitur etiam ad intereſſe pretii, quòd non dedit argum. eorum, quæ habentur, & notantur *in leg. uſuras, C. de uſur. & in leg. curabit, C. de action. empt. & in leg. Julianus, §. ex vendit. ff. eod. L. 1. §. 1. &* L. *facta redhibitione, ff. de ædili. edicto.* quod bene nota in practica, facit etiam, quia quando res reſtituitur ex beneficio hujus legis, omnia in priſtinum ſtatum reducuntur ad inſtar reſtitutionis minoris, *ut in leg. quod ſi minor, §. reſtitutio, ff. de minor.* poſt hæc ſcripta habui ad manus ſummam Rofredi Benaventani, quem refert Alberic. qui idem tenet in effectu, ſcilicet, quod ſi eligat reſtituere fundum, quod reſtituat cum fructibus, & recipiet pretium, quod dedit cum intereſſe, quod in regione frequentatur argum. *ff. de uſuris, L. videamus, & L. pen. ff. de verb. ſignific.* quia ſecundum eum verbum reſtituere plenam habet ſignificationem, etiam fructuum, & acceſsionum, &c. *argum. leg. curabit, C. de actio. empt. & dict. §. ex vendito, dict. L. Julianus, ff. de action. empt. &* L. *emptor, ff. de rei vendic.* poſt hæc etiam reperi Bart. Cœpo. *in ſuo tractatu de ſimulatione contractuum in primo caſu principali, col. fin.* ubi vult contrarium, imò, quod neque de jure civili, vel canonico fructus ſint reſtituendi reſciſſa venditione ex remedio, *dict. leg.* 2. dicens, quod non meminit ſe legiſſe jure cautum, imò, quod *dict. leg.* 2. videtur probare contrarium, ex quo ſolum providet, quod ſit in electione lædentis, vel reſcindere contractum, vel ſupplere juſtum pretium, & cum tenuerit ipſo jure venditio: & ſic emptor perceperit fructus rei ſuæ eos reſtituere non tenetur, & ſubdit, quod facit ad hoc, quod notat Bald. *in cap. 1. de feud. dat. invicem, L. commiſſo*, & Anton. *in cap. ad noſtram circa medium*, ibi, *ſed de veniente tempore de empt. & vendit.* & ſubdit etiam, quod in foro animæ bene credit, quod emptor teneatur reſtituere fructus, vel in ſortem computare pro eo minori pretio, quo ret fuerat vendita, vel diſtracta, tu vero tene, quod dixi etiam in foro contentioſo: quia habet maximam æquitatem, & fulcitur authoritate Rofredi, & Alberici, qui tranſit cum eo, & vult etiam Salicet. *in dict. leg. 2. num.* 5. & facit optimus text. *in leg. majoribus, C. commun. utriuſque* ju-

recebir del el precio que auia dado por ella. E por menos del derecho precio podria ſer fecha la vendida, quando de la coſa que vale diez marauedis, fue fecha por menos de cinco marauedis. Otroſi dezimos, que ſi el comprador pudiere prouar, que dio por la coſa mas de la mitad del derecho precio, que pudiera valer en aquella ſazon que la compro, que puede demandar ſe desfaga la compra, o que baxe el precio, tanto quanto es aquello que demas dio. E eſto ſeria, como ſi la coſa que valieſſe diez marauedis, que dieſſe por ella mas de quinze. (9) Eſto, dezimos, que puede fazer, e demandar, el vendedor, o el comprador, non ſeyendo la coſa que ſe vendio, perdida, nin muerta, (10) nin mucho empeorada: ca ſi alguna deſtas coſas le acaeſcieſſe, non podria deſpues fazer tal demanda. Otroſi dezimos, que ſi el comprador, o el vendedor, jurare, quando fiziere la compra, o la vendida, que maguer la coſa valieſſe mas, (11) o menos, que nunca pudieſſe demandar, que fueſſe deſatada la vendida; ſi fuere mayor de catorce años (12) el que vendio, quando la jura fizo, deue ſer guardada la jura: e non ſe puede deſatar entonce la compra, nin la vendida, por tal razon. Mas ſi fueſſe menor de catorce años, non valdria la jura, e deſatarſe ya la compra, o la vendida, tambien como ſi non ouieſſe jurado.

Contrarium dispone l. 76. tit. 11. p. 4. y Escobar de ratioc. dup. 6. con. n. 3. et Gutierrez 2. pract. q. 133.

L E Y LVII.

Como la vendida que es fecha engañoſamente, ſe deue desbazer.

Ley 2. tit. 11. lib. 5. Rec.

HEredad, o caſa, o viña, o otra coſa qualquier auiendo algun ome, en algun lugar do el non eſtouieſſe, nin ſopieſſe quanto ſe valia, nin la ouieſſe nunca viſto; e non auiendo voluntad de la vender, ſi otro alguno le mouieſſe razones engañoſas, de manera que gela ouieſſe de vender; dezimos, que tal vendida como eſta ſe puede deſfazer, (1) e non vale; (2) quier ſea fecha por menos

judi. & fundamenta Cœpolæ non urgent in contrarium, & ex hoc etiam infertur, quod ſi emptor tempore quo rem tenuit eam hypothecavit, quod tenebitur ad intereſſe, vel ut rem liberet ab hypotheca, nam tenet hypotheca, ut latè tradit Alber. *in dict. leg. 2. col. 4. verſic. item quæro*, poſt Thomam de Piperata, & Bart. *in leg. ſi res, ff. quibus mod. pig. ſol.* de quo vide Bald. *in dict. leg. 2. col. 7. verſic. ſi juxta hoc quæritur*, & Joan. Andr. *in addition. ad Spec. in rubr. de obligatione, & ſolutione, col. 2. & infra eod. leg. fin.* ubi vid. omnino, quia illa lex non vult tenere hypothecam, adverte etiam, quod ſi emptor fuiſſet in mala fide inducendo vendentem, ut venderet minus juſto pretio, tunc præcisè tenetur rem reſtituere, neque poſſet ſupplere juſtum pretium, ut eſt text. juncta gloſſ. *in leg. pen. C. ſi vendit. pig. agatur*, & per Paul. de Caſt. *in dict. leg. 2. in princ.*

(9) *Mas de quinze.* Approbat opin. Azo. *in ſumma, C. de reſcinden. vendit.* & gloſſ. & Innoc. *in cap. cum cauſam, de emption. & vendition.* & gloſſ. *in dict. leg. 2.* reprobata opin. R. & Cyn. *in dic. leg. 2.* vid. quæ dixi *in leg. 16. tit. 11. part. 4.*

(10) *Perdida, nin muerta.* Approbat opin. Azo. *C. eod. in ſumma*, & gloſſ. *in dic. leg. 2.* reprobata opinione Guidonis, & Bart. Brixien. qui tenuerunt periculum ſpectare ad emptorem, ex quo venditio fuit perfecta, & quod ſic adhuc venditor poſsit conſequi ſupplementum juſti pretii, & tenebat etiam Alber. *in dict. leg. 2. col. 3.* dicens hanc eſſe opinionem veriorem, & juſtiorem, opinio. tamen Azo. quæ hic approbatur, dicet Salicet. communem *in dic. leg. 2. q. 14. & q. 19.* & adverte, quia gloſſ. & Doct. in hoc loquuntur in caſu, quo venditor fuit deceptus, iſta L. partitarum diſponit etiã eo caſu, quo emptor fuit deceptus, in quo eſt majus dubium ex eo, quod venditori remanet, necdum pretium juſtum: verum & quod excedebat à pretio juſto, ita quod venditor in iſto caſu eſt in lucro, & ſine damno, & videbatur æquum, quod ſaltem ad pretium exceſsivum teneretur etiam re perempta. In caſu vero, quo emptor fuit deceptus, uterque remanebat in damno re perempta, unde multum nota iſtam leg. partitarum, idem diſponentem in emptore decepto, quod in venditore.

(11) *Maguer la coſa valieſſe mas.* Quid ſi non juraſſet iſto modo: ſed ſimpliciter non venire contra contractum venditionis, an tunc poterit agere venditor remedio hujus legis, *& dict. leg. 2. C. de reſcind. vend.* vid. Bal. *in leg. quæ ſub conditione, §. ſi quis, ff. de condition. inſtit.* dicentem per illum text. quod non poteſt petere alternativè, quod adimpleatur ſibi juſtum pretium, vel reſcindatur venditio, videtur tamen ſecundum Paul. de Caſt. ibi, quod non obſtante juramento ſaltim poſsit agere ad pretium ſimpliciter, ſcilicet, ut ſuppleatur ſibi juſtum pretium *per dic. §. ſi quis*, ubi altera conditio firma permanet, licet conditio jusjurandi rejiciatur, quod ſatis eſt menti tenendum.

(12) *Mayor de catorze años.* Vult iſta lex, quod ad hoc, ut juramentum obſtet majori quatuordecim annorum, debeat ſpecificè jurare, quod licet res plus, vel minus valeat, non contra veniet, non ergo ſufficeret juramentum ſimpliciter præſtitum, & ſic approbatur hic gloſſ. *in cap. cum cauſam, in fin. de emption. & vendit. in dic. leg. 2.* & vid. quæ dixi *in leg. 16. tit. 11. 3. part.* & limita, & intellige iſtam legem, quando læſio eſſet parum ultra dimidiam juſti pretii, ſi tamen eſſet magnus exceſſus, veluti ſi rem valentem xv. daret pro quatuor, vel quinque, tunc ratione enormiſsimæ læſionis: quia intervenit dolus re ipſa non obſtaret juramentum L. *ſi quis cum aliter, ff. de verb. obligat. L. omnes, §. Lucius, ff. quæ in fraud. credito.* & notat Abb. *in dic. cap. cum cauſa, in fin. & in cap. cum contingat, col. 10. verſ. nonus caſus, de jurejurand.* & procedit etiam ſi ſit major 25. annorum, ut declarat bene Philip. Corneus *conſil. 214. vol. 3.* incipiens *viſo puncto, col. pen.* vide etiam latè per Decium *conſil. 180. & conſil. 344. & conſil. 403.* & quæ dixi *in leg. 59. tit. 18. part. 3.* & latè Petrum de Anchar. *in repet. cap. canonum ſtatuta, fol. 12. de conſtit.* & adverte etiam, quod poteſt renuntiari remedio hujus legis, ut dicit Bald. *in dict. leg. 2. col. 5.* & ibi per alios Doctor. ubi vult, quod minor, mulier, vel ruſticus debeant de hoc beneficio certiorari, & ſi renuntiat emptor, non videtur renuntiare venditor Bald. *in cap. 1. qualiter domi. propriet. feud. privetur, col. 2.* & ibi etiam vide per eos parvi effectus eſſe illam clauſulam ſolitam apponi à notariis, videlicet, quod ſi plus valebat res venditor emptori, donavit pro bene meritis, & ſervitiis, poſſent tamen habere aliquem effectum, declarat ibi Ang. *col. pen. circa finem, verſic. ſed adverte*, & vide latius de iſta clauſula per Bart. Cœpo. *in ſuo tract. de ſimulatione contract. præſumptione ſeptima.*

L E X LVII.

Si non videntem, nec agnoſcentem rem ſuam, nec ejus pretium, nec vendere volentem dolo aliquis induxerit ad vendendum, non valet venditio, ſed ſi volebat vendere, valet: ſed tenetur decipiens ad damnum, hoc dicit.

(1) *Se puede desfazer.* Scilicet quatenus de facto proceſsit, nam de jure eſt nulla, cum dolus dederit cauſam contractui, L. *eleganter in princ. ff. de dolo*, L. *ſi dolo, C. de reſcin. ven.*

(2) *Non vale.* Ut in *dic. leg. eleganter in princ.* ubi vide bonam gloſſ. *ff. de dolo*, & adde idem eſſe in diſtractu, ſi dolus dedit ei cauſam, vid. per Bald. *in leg. de tutela, C.*

nos de lo que vale, quier non. Mas ſi eſte, cuya fueſſe la coſa, ouieſſe voluntad de la vender, e el comprador le fizieſſe engaño, encubriendol alguna coſa de las quel perteneſcen a la heredad, o a la coſa que vendia; o faziendol creer engañoſamente, que maguer algunas coſas perteneſcieſſen a la heredad, dixeſſe que eſtauan en poder de alguno, que eſtauan malas de cobrar, e que eran perdidas; eſtonce dezimos que vale la vendida, porque el vendedor ouo voluntad de lo fazer. Pero el comprador es tenudo, (3) de emendarle aquel engaño que fizo; de manera, que aya el precio derecho que podria valer aquella coſa que le vendio, con las ſus pertenencias que fueron engañoſamente encubiertas.

L E Y LVIII.

Como ſe puede desfazer la vendida, ſi el comprador non guarda el pleyto que puſo ſobre ella.

Ley 2. tit. 16. lib. 5. Recop.

MVeuenſe los omes, a las vegadas, a vender ſus coſas, por pleyto que les fazen ante en las vendidas, o por coſa que les prometen; de manera que ſi eſto non les prometieſſen, de otra guiſa non las querian vender. E porende dezimos, que quando alguno vendieſſe ſu coſa ſobre tal pleyto, que conuiene en todas guiſas, que el pleyto ſea guardado: ca ſi non lo guardaſſen en la manera que fue pueſto, desfazerſe y a porende la vendida. Mas ſi la vendida fueſſe fecha de otra guiſa, que la non fizieſſen ſeñaladamente por razon de los pleytos, mas auiniendoſe el comprador, e el vendedor, en la vendida; e de ſi, fizieſſen pleytos deſpues en razon della, entonce valdria, e non ſe puede deſatar, maguer los pleytos non fueſſen guardados. Pero aquel que fizo la poſtura, tenudo es de la cumplir, e de emendar al otro los daños, e los menoſcabos quel vinieron, por razon que non guardo el pleyto, que fue pueſto en la vendida.

L E Y LIX.

Del ome que encubiertamente, e con engaño, compra las coſas a algund ome que era pechero, por fazer perder al Rey ſus derechos.

Ley 1. tit. 10. lib. 5. Recop. Ley 5. tit. 8. lib. 5. Rec.

ENcubiertamente, e con engaño, vendiendo ſus coſas algund ome, que era pechero, o debdor del Rey, por fazerle perder ſus pechos, o ſus rentas, o ſu debda que le ouieſſe a dar, la vendida que fue aſsi fecha non deue valer, (1) mas deue ſer desfecha en todas guiſas. E ſi el comprador ſabe eſte engaño, e fizo la compra a ſabiendas, es tenudo de pechar al Rey, de lo ſuyo, tanto como aquello por que auia comprado atales coſas, como ſobredichas ſon.

L E Y LX.

Como ſe puede desfazer la vendida, que fizo el ſieruo en los bienes del ſeñor.

EStableſciendo vn ome a otro por ſu perſonero en todas ſus coſas; entre tanto que eſte atal

C. de in integ. reſtit. mino. & L. 3. *C. de exception.* non tamen eſſet ipſo jure nullus contractus, quando dolus non dedit formam contractui: ſed modo contrahendi, ut notat Bald. per text. ibi *in leg. 3. C. ſi minor ſe major dixe.* & ſi déceptus vellet ſtare contractui poſſet, ut notat gloſſ. *in dic. leg. ſi dolo, & in dic. leg. eleganter*, & vide Joan. de Plat. *C. de fundis rei privat. L. fin. lib. 11.* & Bald. *in leg. dolum, C. de pericu. & commo. rei vendi.* quid autem in dolo dante cauſam conſtitutioni dotis, vid. Bald. novel. *in tract. de dote char. 37. col. 3.* & de dolo dante cauſam matrimonio ſpirituali, *vid. in cap. fin. 20. quæſt. 3.* & ibi gloſ. quid ſi det cauſam matrimonio carnali, & de dolo dante cauſam tranſactionis, *vid.* L. *ſi ſub prætextu 1. C. de tranſact.* & quod ibi Bald. notat *col. 2.*

(3) *El comprador es tenudo.* Adde L. *Julianus, §. ſi venditor, & §. idem Julianus, ff. de action. empt. & L. ſi quis affirmaverit, ff. de dolo.*

L E X LVIII.

Si pactum in venditione appoſitum, ſine quo non fuiſſet celebrata venditio, non ſervatur, reſcinditur venditio, ſed ſi ſine pacto etiam fuiſſet celebrata: non reſcinditur, ſed agitur ad intereſſe, hoc dicit.

L E X LIX.

Si debitor, vel tributarius Regis vendidit rem fraudulenter, ut Regem ſuo jure defraudet, reſcinditur venditio: & ſi emptor eſt particeps fraudis, ſolvet Regi aliud pretium, hoc dicit.

(1) *Non deue valer.* Concord. L. *pen. C. de reſcin. ven.* ubi Alber. dicit, quod illa lex obviat fraudibus volentium evitare onera publica, ſicut ſæpe faciunt ruſtici, qui de rebus eorum fictè faciunt venditiones dominis ſuis, ſecundum Odofreduum, dicit etiam Franciſ. Accurſius, quod cum vellet recedere de Bononia, & ire alio ad legendum, cum ſibi præceptum fuiſſet, ut non recederet ſub pœna publicationis honorum, vendidit bona ſua cuidam amico ſuo: ſed nihilominnus fuerunt publicata. Sed quia rediit, reſtituta ſibi fuerunt, hæc Alberi. Angel. etiam ibi notat illam legem contra incolas terrarum, qui incepta guerra, & collectis impoſitis in continenti omnia vendunt, & inde fugiunt: nam & ad res venditas fiſcus habebit recurſum, inducit etiam contra ruſticos, qui gravantur collectis, pluſquam cives, qui ad fugiendum collectas diſtrahunt bono civibus, adde *L. incola muneribus deſtinatus, ff. ad municipa. & eod. tit. L. ordine, §. in fraudem*, ubi bonus text. & de aſſumentibus ordinem, vel habitum in fraudem publicorum munerum, vide Bart. *in leg. ſemper, §. fin. ff. de jure immu. & L. 1.* & ibi Joan. de Plat. *C. ut nemo ad ſuum patro. vicos, vel ruſticos eorum, lib. 11.* ubi de contractibus factis in fraudem publicarum functionum, & ibi de pœna ſtatuta contra tabelliones, & adde *L. quidam ignaviæ*, & ibi Joan. de Plat. *C. de decurio. lib. 10.* Bart. & idem Plat. *in leg. 1. C. de navibus non excuſan. eod. lib. & L. 6. tit. 9. lib. 5. ordi. reg.* ubi de donatione, quæ fit per patrem filio clerico, & gloſſ. & ibi Joan. de Plat. *in leg. cum facultates, C. de his, qui nume. liberorum lib. 10.* de emptionibus quas patres faciunt nomine filiorum ſpuriorum, vid. *L. 1.* & ibi Bald. *C. de natur. liber.* & ibi quod pretium confeſſatum non ſufficit: imò arguit venditionem eſſe fictitiam, & de modis arguendi iſtas fraudes, vid. Bald. *in leg. 1. col. fin. C. ſi quis omiſ. cauſ. teſta. & in authent. ex teſtamento, col. 3. C. de colla. & in leg. ſi quis poſt hac, C. de bonis damnato.* & notab. per Bald. *in fraus, ff. de legi. & in leg. 2. C. de repu. hæred. & in leg. 1. col. 4. C. qui bonis cede. poſſunt.*

L E X LX.

Si Dominus omnium bonorum ſuorum procuratorem hæredem inſtituit venditione facta rei dominicæ per ſervum hæreditarium jacente hæreditate, in qua idem procurator ignorans ſe hæredem poſt domini mortem ſubſcripſit, reſcinditur: ut prius ſciverit ante traditionem, tamen ſi ſervus ſolebat in vita domini ſic vendere, quamvis reſcindatur venditio, tenetur tamen hæres de peculio emptori, hoc dicit, iſta lex habuit ortum à *leg. Titius ſeji. ff. de cont. empt.*

atal fincaſſe en la perſoneria, le eſtableſcieſſe el otro por ſu heredero, non lo ſabiendo el; ſi acaeſcieſſe, que murieſſe aquel que lo auia eſtableſcido por ſu perſonero, e por ſu heredero; e algund ſu ſieruo vendieſſe de los bienes del finado alguna coſa a otro; tal vendida como eſta non valdria, e poderla y a desfazer el heredero, quando quier que lo ſopieſſe, ante que la coſa fueſſe paſſada (1) a poder del comprador. E eſto ſe puede fazer, maguer el miſmo ſe ouieſſe acertado en la compra, e lo ouieſſen llamado por teſtigo; e aunque ouieſſe eſcriuido ſu nombre (2) en la carta de la compra. E eſto es, porque non era ſabidor, que era eſtableſcido por heredero: ca ſi lo ſopieſſe, non conſentiera que la vendida fueſſe fecha. Pero ſi eſte ſieruo ſobredicho tenia tal lugar en vida de ſu ſeñor, que acoſtumbraua algunas coſas a vender por el; como quier que el heredero pueda desfazer la vendida, por la razon ſobredicha, con todo eſſo, tenudo es de emendar al comprador los daños, e los menoſcabos, quel vinieron por razon de aquella compra; de los bienes que el ſieruo traya en pegujar, ſi los ouiere.

LEY LXI.

De los omes que ſe arrepienten para desfazer las vendidas; que non ſe pueden desfazer, maguer ganaſſen carta del Rey para desfazerlas.

Ley 2. tit.16. lib. 5. Recop. ARrepientenſe, a las vegadas, para desfazer la vendida, los omes, deſpues que han vendidas ſus coſas: e van a pedir merced a los Reyes, que les manden dar ſus cartas para que las puedan desfazer. E porende dezimos, que tales cartas non les deuen dar; e ſi las dieren, non deuen valer. (1) Ca non ſeria coſa guiſada, que pues la vendida fue fecha derechamente, e con plazer del vendedor, e del comprador, que pueda ſer desfecha por premia, e a miedo, del vno dellos. Otroſi dezimos, que maguer el vendedor ſe quiſieſſe arrepentir, deſpues que la vendida fueſſe fecha, diziendo al comprador, quel daria el precio doblado, (2) e quel deſamparaſſe la coſa; que aun por tal razon non podria desfazer la vendida, nin ſeria tenudo el comprador de lo fazer, ſi non quiſieſſe.

LEY LXII.

De los que quieren deſatar la vendida que ouieren fecho de ſu grado, maguer digan que la fizieron con cuyta.

DEſatar queriendo alguno la vendida que ouieſſe fecho de ſu grado, diziendo que la vendiera con grand cuyta, (1) en que eſtaua, de fambre, o por muchos pechos que auia a dar por razon de aquella coſa que vendio, o por otra coſa ſemejante deſtas; dezimos, que eſto non abonda, para desfazer la vendida. Otroſi dezimos, que ſi alguno quiſiere desfazer la vendida, diziendo que la fiziera (2) por menos de lo que valia; por tal razon non la podria desfazer. Fueras ende, ſi la vendida fueſſe fecha por menos de la meytad del derecho precio, ſegun es ſobredicho en las leyes deſte Titulo; o ſi pudiere prouar, que la vendida fue fecha por engaño que le fizo el comprador a ſabiendas, non ſeyendo el vendedor ſabidor de quanto valia la coſa, nin auiendo nunca viſtola, aſsi como de ſuſo diximos. (3)

Ley 2. tit.16. lib. 5. Recop. Leyes 1. y 2. tit.11. lib. 6. Recop.

LEY LXIII.

De la caſa, o torre, que deue ſeruidumbre, o que fuere tributaria, vendiendo vn ome a otro, ſi la encubre el vendedor ſe puede desfazer la vendida.

CAſa, o torre, que deue ſeruidumbre (1) a otro, o que fueſſe tributaria, (2) vendiendo vn ome a otro, callando el vendedor, (3) e non le aper-

Ley 2. tit.15. lib. 5. Recop.

vid. villa lobo in [illegible] lit.a V. n.o 3. et olan. ead. lit.a cod. [illegible] et Hermosill. hic.

(1) *Fueſſe paſſada.* Subaudi maximè, nam idem eſſet, ſi ſciret poſt rem traditam, nam ſive ſit perfecta venditio, ſive non, erronea ſubſcriptio non nocet propter generalem rationem, quæ ſequitur, ibi: *Eſto es porque non era ſabidor, &c.* & ita declarat Alber. *in leg. Titius, ff. de reſcind. vendi.* ex qua iſta lex ſumpta eſt, poſt Jacob. de Are. & Franciſ. Acur.

(2) *Su nombre.* Quando tamen ſubſcriptio non eſſet erronea, & quod ſe ſubſcribit, non ſe ſubſcribat ut teſtis, neque ut authoritatem præſtans, talis ſubſcriptio noceret tamen in jure ſubſcribentis, ut tradit Bart. *in leg. quæ dotis in fin. ff. ſolut. matrim.* Paul. de Caſtr. *in leg. Cajus, ff. de pig. actio.* etiam ſi ageretur de dominio perdendo, *ut in leg. Titia cum teſtamento, §. Lucia titia*, & ibi Bald. & Paul. de Caſtr. *ff. de legat. 2. & vid.* L. *ſicut, §. non videtur, ff. quibus mod. pign. vel hypo. ſol. & L. fidejuſſor. §. pater*, & ibi gloſſ. *ff. de pigno.*

L E X LXI.

Venditio perfecta non poteſt ſine partium voluntate reſcindi, etiam ex reſcripto Principis: & etiam ſi venditor pœniteat, & velit dare pretii duplum, hoc dicit.

(1) *Deuen valer.* Concord. L. *de contractu, &* L. *ratas, C. de reſcind. ven.*

(2) *Doblado.* Adde *L. non eſt, C. eod. tit.*

L E X LXII.

Non poteſt reſcindi venditio: licet dicat venditor propter neceſsitatem vendidiſſet, niſi ſit deceptio ultra dimidiam juſti pretii, vel ſi dolus dedit cauſam contractui, hoc dicit.

(1) *Grand cuyta.* Adde L. *non id circo, C. de reſcinden. vend.*

(2) *La fiziera.* Adde L. *quiſquis, C. de reſcind. vend.*

(3) *Diximos.* Supra *eod. leg. 57.*

L E X LXIII.

Reſcinditur venditio, ſi venditor celavit ſervitutem tributum, vel malam herbam naſcentem in re vendita, & ſi fuit ſciens, reſtituit pretium, & intereſſe, ſi ignorans, pretium dumtaxat reſtituit venditor, hoc dicit.

(1) *Seruidumbre.* Adde L. 1. §. 1. *ff. de action. emptio.* & limita, niſi talis ſervitus eſſet apparens, veluti ſi in domo vendita vicinus haberet tigna injuncta ab una parte: nam tunc non tenebitur venditor, etiam ſi promiſiſſet vacuam tradere poſſeſsionem, L. *ea quæ, §. quadam etiam, ff. de contrahen. emption. L. ſi tamen, §. ei qui ſervum, ff. de ædili. edicto.* & tenet Alberic. poſt Din. *in dict. leg. 1.* §. 1. ubi plene diſputat.

(2) *Tributaria.* Adde *L. ſi ſterilis, §. 1. de action. empt. & L. ſi minor, C. eod. tit.*

(3) *El vendedor.* Et ſic loquitur, quando venditor ſciebat tributum, vel ſervitutem deberi, quid autem ſi ignorabat gloſſ. 4. *in leg. ſi Julianus in princip. ff. de action. emp.* dicit regulariter teneri, etiam ſi ſit ignorans, niſi in duobus

bus

Ley 3. idem Aut21 tit. 9. lib. 3. Rec. apercibiendo dello a aquel que la compra; por tal razon como eſta puede el comprador desfazer (4) la vendida: e es tenudo el vendedor, de tornarle el precio, con los daños, e menoſcabos, (5) que le vinieſſen por eſta razon. Otroſi dezimos, que ſi vendieſſe vn ome a otro algund campo, o prado, que ſopieſſe que criaua malas yeruas, (6) e dañoſas para las beſtias que las pacieſſen, e quando lo vendieſſe ſe callaſſe, que lo non quiſieſſe dezir al comprador; que es tenudo porende el vendedor, de tornarle el precio al comprador, con todos los daños quel vinieren porende. Mas ſi eſto non ſopieſſe el vendedor quando la vendio, non ſeria tenudo de tornar mas del precio tan ſolamente.

LEY LXIIII.

De la tacha, o maldad que ouieſſe el ſieruo, que vn ome vendieſſe a otro.

TAcha, o maldad auiendo el ſieruo, que vn ome vendieſſe a otro, aſsi como ſi fueſſe ladron, (1) o ouieſſe por coſtumbre de fuyrſe a ſu ſeñor, o otra maldad ſemejante deſtas; ſi el vendedor ſabia eſto, (2) e non lo dixeſſe al comprador, tenudo es de recebir el ſieruo, (3) e deue al comprador tornar el precio, con todos los daños, e los menoſcabos que le vinieron ende. E ſi lo non ſabia, deue fincar el ſieruo al comprador. Pero es tenudo el vendedor, de tornarle tanta parte del precio, quanto fuere fallado en verdad, que valia menos (4) por razon de aquella tacha. Eſſo miſmo dezimos que ſeria, ſi el ſieruo ouieſſe alguna enfermedad (5) mala encubierta.

LEY

bus caſibus. Primus, in ſervo vendito, qui erat fur, nam ſcire debebat emptor, quod ſi ſervus ergo fur, de hoc tamen dic, *ut infra eod. leg. proxima*, ſecundus, in prædio tributario: nam ex quo erat prædium provinciale, ſcire debuit emptor per conſequens eſſe tributarium, ut alias dicit gloſſ. *in leg. omnes, C. ſine cenſu, vel reliquis*, & iſtud, quod gloſſ. tenet, videntur Doctores communiter tenere *in leg. ſi minor, C. de action. empt.* & ſecundum hoc in caſu hujus legis, in ſervitute teneretur etiam venditor ignorans, in prædio vero tributario non, ſed in contrarium videtur hæc lex, quæ utrumque caſum ſervitutis, & tributi æquiparat, ideo dicendum videtur, quod utroque caſu teneatur venditor, etiam ignorans, & ſic, quod iſtud verbum *callando* procedat, ſive taceat ſcienter, ſive ignoranter: nam ratio, quam aſsignant gloſſ. & Doctores de prædio provinciali, non militat in hoc Regno, in quo prædia non ſunt tributaria, in hoc tamen erit differentia inter ſcientem, & ignorantem, quia ſi venditor ſciat, tenebitur ad totale intereſſe: ſi vero ignoret, tenebitur quanto minoris propter ſervitutem, vel tributum emiſſet, quæ fuit opinio aliquorum, quos refert gloſſ. *in dict. leg. ſi minor*, & in verbis iſtis hujus actionis quanto minoris comprehenditur, ut etiam ſi pro nihilo emiſſet, vel nullo modo emiſſet, venditio reſcindatur, & totum pretium repetat: quia quod nihil eſt, minus eſt, L. *illud, §. minus, ff. de tribu.* declarat Sal. *in dic. leg. ſi minor.*

(4) *Desfazer.* Nota bene, quia de jure communi videbatur, quod tantum agat ad intereſſe, *ut in leg. 1. §. 1. &* L. *Julianus, §. Julian*[illegible] *ff. de action. empt. & L. quotiens de ſervitute, ff. de ædi*[illegible]*di.* erit ergo per iſtam legem in electione emptoris, an [illegible]lit ſtare emptioni, & agere ad intereſſe, ut in dictis juribus, vel eam diſſolvere, ut hic habetur, & vi. quod dixi in gloſſ. proxima in fin.

(5) *Con los daños, e me*[illegible]*ſcabos.* In ſciente hoc bene procedit: ſecus ſi ignoraſſet, [illegible] dix[illegible] in gloſſ. proxima, niſi ignorantia eſſet ſupina: quia [illegible] h[illegible]betur pro ſciente, ut voluit gloſſ. *in dict. leg. ſi minor, in 1. ſolut. gloſſ.* & tenet ibi Saly. & quod ignorans non teneatur ultra redditionem pretii, habens infra ead. leg. in fin.

(6) *Malas yeruas.* Adde L. *pen. C. de ædili. action. &* L. *ſed addes, §. ſi quis dolia, ff. loca. L. 14. tit. 8. infra ead. part. & in leg. in fundo, ff. de ædili. edictio.*

L E X LXIIII.

Reſcinditur venditio, ſi celatur latrocinium ſervi, ac vitium latens ſcienter: & in tali caſu reſtituitur pretium, & intereſſe: ſed ſi ignoravit, non reſtituitur: ſed reſtituitur quanto minus valet de pretio, hoc dicit.

(1) *Ladron.* Reprobatur ergo hic, quod gloſſ. dicebat de ſervo fure vendito, quod venditor hoc ignorans in nullo teneatur *in dic. leg. Julianus in princ. in gloſſ. 4. ff. de action. empt. & dixi in leg. præceden.*

(2) *Sabia eſto.* Adde L. *Julianus in princ. &* L. 1. *in princ. ff. de ædili. edicto. & L. 1. C. de ædili. actio.*

(3) *De reſcebir el ſieruo.* Sed quare hic competit huic actio redhibitoria, cum propter vitia animi non detur, L. *ob quæ vitia, §. animi, ff. de ædili. edicto.* dic ſecundum Bal. *in leg. 1. C. de ædili. actio.* quod hic propter dolum venditoris, qui ſciens, vitium tacuit, omnis actio degenerat, & ideo poteſt conveniri, ut pretium reddat cum damnis: & rem accipiat, ita Bald. ibi *col. 4.* & adde, quæ habentur *in leg. bovem in princ. ff. de ædili. edicti.*

(4) *Que valia menos.* L. *Julianus in princ. ff. eod.* à qua iſta ſumpta eſt, dicit quanto minoris empturus eſſet, ibique gloſſ. 1. & 4. aſsignant differentias inter actionem, quanto minoris civilem, & actionem, quanto minoris prætoriam, & una earum eſt, quia in civili agitur, quanto minoris eſſet empturus in prætoria, quanto minus res valet, & ibi declarat Paul. de Caſtr. effectum, qui ex hoc reſultat, & etiam Bart. quia civilis reſpicit pretium ſingulare reſpectu perſonæ emptoris, prætoria reſpicit commune pretium, & tradit etiam Bald. multum notanter *in leg. 2. col. 4. C. de reſcin. vendi.* alia differentia eſt ſecundum gloſſ. & Doct. *in dic. leg. Julianus*, quod civilis eſt perpetua: prætoria vero eſt annalis. Petrus vero, & Cy. *in leg. 2. C. de ædili. action.* dicunt, quod non eſt reperire, quanto minoris civilem actionem: ſed tantum prætoriam, & probatur per litteram, *L. 2. C. de ædili. actio.* ubi Imperator dicit: quod non videt, quo jure agi poſsit contra venditorem anno elapſo: nam ſi actio quanto minoris eſt res, eſt temporalis, & repellitur ab intereſſe communi, ergo multo fortius actio, quanto minoris eſſet empturus, debet eſſe temporalis, & repellere ab intereſſe ſingulari: quia jura ſingularia facilius tolluntur, & breviori tempore, *L. in honorariis, §. ſed cum reciſa, ff. de action. & oblig.* L. *ejus militis, §. militia miſſus, ff. de teſta. milit.* præterea, ſecundum Petrum, idem eſt dicere, quanto minoris res eſt, vel quanto minoris eſſet empturus: quia extimatio ſingularis non attenditur, niſi ſecundum id, quod communiter attenderetur, & licet Doct. communiter teneant opinionem Gloſſ. *in dic. L. Julianus, & in dict. L. 2. & non dicta Petri, & Sini*; hæc tamen L. partitarum multum videtur inclinare in opinionem Petri, & facit etiam L. infra proxi. quæ taxat tempus annale, ut & ibi dicam.

(5) *Enfermedad.* Adde *infra L. proxi.*